

Regola di SAN BENEDETTO

Prologus

1. Obsculta, o fili, praecepta magistri, et inclina aurem cordis tui, et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple,
2. ut ad eum per oboedientiae laborem redeas, a quo per inoboedientiae desidiam recesseras.
3. Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus, Domino Christo vero regi militaturus, oboedientiae fortissima atque praeclara arma sumis.
4. In primis, ut quicquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas,
5. ut qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare non debet aliquando de malis actibus nostris contristari.
6. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est ut non solum iratus pater suos non aliquando filios exheredet,
7. sed nec, ut metuendus dominus irritatus a malis nostris, ut nequissimos servos perpetuam tradat ad poenam qui eum sequi noluerint ad gloriam.
8. Exsurgamus ergo tandem aliquando excitante nos scriptura ac dicente: *Hora est iam nos de somno surgere,*
9. et apertis oculis nostris ad deificum lumen, attonitis auribus audiamus divina cotidie clamans quid nos admonet vox dicens:
10. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*
11. Et iterum: *Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis.*
12. Et quid dicit? *Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos*
13. *Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant.*
14. Et quaerens Dominus in multitudine populi cui haec clamat operarium suum, iterum dicit:
15. *Quis est homo qui vult vitam et cupit videre dies bonos?*
16. Quod si tu audiens respondeas: Ego, dicit tibi Deus:
17. Si vis habere veram et perpetuam vitam, *prohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum; deverte a malo et fac bonum, inquire pacem et sequere eam.*
18. Et cum haec feceritis, oculi mei super vos et aures meas ad preces vestras, et antequam me invocetis dicam vobis: *Ecce adsum.*
19. Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi?
20. Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitae.
21. Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris, per ducatum evangelii pergamus itinera eius, ut mereamur eum *qui nos vocavit in regnum suum* videre.

Prologo

1. Ascolta, figlio mio, gli insegnamenti del maestro e apri docilmente il tuo cuore; accogli volentieri i consigli ispirati dal suo amore paterno e mettili in pratica con impegno,
2. in modo che tu possa tornare attraverso la solerzia dell'obbedienza a Colui dal quale ti sei allontanato per l'ignavia della disobbedienza.
3. Io mi rivolgo personalmente a te, chiunque tu sia, che, avendo deciso di rinunciare alla volontà propria, impugni le fortissime e valorose armi dell'obbedienza per militare sotto il vero re, Cristo Signore.
4. Prima di tutto chiedi a Dio con costante e intensa preghiera di portare a termine quanto di buono ti proponi di compiere,
5. affinché, dopo averci misericordiosamente accolto tra i suoi figli, egli non debba un giorno adirarsi per la nostra indegna condotta.
6. Bisogna dunque servirsi delle grazie che ci concede per obbedirgli a ogni istante con tanta fedeltà da evitare, non solo che egli giunga a diseredare i suoi figli come un padre sdegnato,
7. ma anche che, come un sovrano tremendo, irritato dalle nostre colpe, ci condanni alla pena eterna quali servi infedeli che non lo hanno voluto seguire nella gloria.
8. Alziamoci, dunque, una buona volta, dietro l'incitamento della Scrittura che esclama: "E' ora di scuotersi dal sonno!"
9. e aprendo gli occhi a quella luce divina ascoltiamo con trepidazione ciò che ci ripete ogni giorno la voce ammonitrice di Dio:
10. " Se oggi udrete la sua voce, non indurite il vostro cuore!"
11. e ancora: " Chi ha orecchie per intendere, ascolti ciò che lo Spirito dice alle Chiese!".
12. E che dice? " Venite, figli, ascoltatevi, vi insegnerò il timore di Dio.
13. Correte, finché avete la luce della vita, perché non vi colgano le tenebre della morte".
14. Quando poi il Signore cerca il suo operaio tra la folla, insiste dicendo:
15. "Chi è l'uomo che vuole la vita e arde dal desiderio di vedere giorni felici?".
16. Se a queste parole tu risponderai: "Io!", Dio replicherà:
17. "Se vuoi avere la vita, quella vera ed eterna, guarda la tua lingua dal male e le tue labbra dalla menzogna. Allontanati dall'iniquità, opera il bene, cerca la pace e seguila".
18. Se agirete così rivolgerò i miei occhi verso di voi e le mie orecchie ascolteranno le vostre preghiere, anzi, prima ancora che mi invochiate vi dirò: "Ecco sono qui!".
19. Fratelli carissimi, che può esserci di più dolce per

22. In cuius regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curritur, minime pervenitur.
23. Sed interrogemus cum propheta Dominum dicentes ei: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?*
24. Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi,
25. dicens: *Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam;*
26. *qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua;*
27. *qui non fecit proximo suo malum, qui opprobrium non accepit adversus proximum suum;*
28. qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi, cum ipsa suasionem sua a conspectibus cordis sui respuens, *deduxit ad nihilum*, et parvulos cogitatos eius tenuit et allisit ad Christum;
29. qui, timentes Dominum, de bona observantia sua non se reddunt elatos, sed ipsa in se bona non a se posse sed a Domino fieri existimantes,
30. operantem in se Dominum *magnificant*, illud cum propheta dicentes: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam;*
31. sicut nec Paulus apostolus de praedicatione sua sibi aliquid imputavit, dicens: *Gratia Dei sum id quod sum;*
32. et iterum ipse dicit: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.
33. Unde et Dominus in evangelio ait: *Qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram;*
34. *venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit, quia fundata erat super petram.*
35. Haec complens Dominus exspectat nos cotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere.
36. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitae dies ad indutias relaxantur,
37. dicente Apostolo: *An nescis quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?*
38. Nam pius Dominus dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat.*
39. Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum, sed si compleamus habitatoris officium.
40. Ergo praeparanda sunt corda nostra et corpora sanctae praeceptorum oboedientiae militanda,
41. et quod minus habet in nos natura possibile, rogemus Dominum ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare.
42. Et si, fugientes gehennae poenas, ad vitam volumus pervenire perpetuam,
43. dum adhuc vacat et in hoc corpore sumus et haec omnia per hanc lucis vitam vacat implere,
44. currendum et agendum est modo quod in perpetuo
- noi di questa voce del Signore che ci chiama?
20. Guardate come nella sua misericordiosa bontà ci indica la via della vita!
21. Armati dunque di fede e di opere buone, sotto la guida del Vangelo, incamminiamoci per le sue vie in modo da meritare la visione di lui, che ci ha chiamati nel suo regno.
22. Se, però, vogliamo trovare dimora sotto la sua tenda, ossia nel suo regno, ricordiamoci che è impossibile arrivarci senza correre verso la meta, operando il bene.
23. Ma interroghiamo il Signore, dicendogli con le parole del profeta: "Signore, chi abiterà nella tua tenda e chi dimorerà sul tuo monte santo?".
24. E dopo questa domanda, fratelli, ascoltiamo la risposta con cui il Signore ci indica la via che porta a quella tenda:
25. "Chi cammina senza macchia e opera la giustizia;
26. chi pronuncia la verità in cuor suo e non ha tramato inganni con la sua lingua;
27. chi non ha recato danni al prossimo, né ha accolto l'ingiuria lanciata contro di lui";
28. chi ha sgominato il diavolo, che malignamente cercava di sedurlo con le sue suggestioni, respingendolo dall'intimo del proprio cuore e ha impugnato coraggiosamente le sue insinuazioni per spezzarle su Cristo al loro primo sorgere;
29. gli uomini timorati di Dio, che non si insuperbiscono per la propria buona condotta e, pensando invece che quanto di bene c'è in essi non è opera loro, ma di Dio,
30. lo esaltano proclamando col profeta: "Non a noi, Signore, non a noi, ma al tuo nome dà gloria!".
31. Come fece l'apostolo Paolo, che non si attribuì alcun merito della sua predicazione, ma disse: "Per grazia di Dio sono quel che sono"
32. e ancora: "chi vuole gloriarsi, si glori nel Signore".
33. Perciò il Signore stesso dichiara nel Vangelo: "Chi ascolta da me queste parole e le mette in pratica, sarà simile a un uomo saggio il quale edificò la sua casa sulla roccia.
34. E vennero le inondazioni e soffiarono i venti e si abatterono su quella casa, ma essa non cadde, perché era fondata sulla roccia".
35. Dopo aver concluso con queste parole il Signore attende che, giorno per giorno, rispondiamo con i fatti alle sue sante esortazioni.
36. Ed è proprio per permetterci di correggere i nostri difetti che ci vengono dilazionati i giorni di questa vita
37. secondo le parole dell'Apostolo: "Non sai che con la sua pazienza Dio vuole portarti alla conversione?"
38. Difatti il Signore misericordioso afferma: "Non voglio la morte del peccatore, ma che si converta e viva".
39. Dunque, fratelli miei, avendo chiesto al Signore a

nobis expediat.

45. Constituenda est ergo nobis dominici schola servitii.
46. In qua institutione nihil asperum, nihil grave, nos constituturos speramus;
47. sed et si quid paululum restrictius, dictante aequitatis ratione, propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit,
48. non ilico pavore perterritus refugias viam salutis quae non est nisi angusto initio incipienda.
49. Processu vero conversationis et fidei, dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei,
50. ut ab ipsius numquam magisterio discedentes, in eius doctrinam usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemus, ut et regno eius mereamur esse consortes. Amen.

Explicit Prologus

INCIPIT TEXTUS REGULAE

Regula appellatur ab hoc quod oboedientum dirigat mores.

I - De generibus monachorum

1. Monachorum quattuor esse genera manifestum est.
2. Primum coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula vel abbate.
3. Deinde secundum genus est anachoritarum, id est eremitarum, horum qui non conversationis fervore novicio, sed monasterii probatione diuturna,
4. qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare,
5. et bene exstructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, securi iam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel

chi toccherà la grazia di dimorare nella sua tenda, abbiamo appreso quali sono le condizioni per rimanervi, purché sappiamo comportarci nel modo dovuto.

40. Perciò dobbiamo disporre i cuori e i corpi nostri a militare sotto la santa obbedienza.
41. Per tutto quello poi, di cui la nostra natura si sente incapace, preghiamo il Signore di aiutarci con la sua grazia.
42. E se vogliamo arrivare alla vita eterna, sfuggendo alle pene dell'inferno,
43. finché c'è tempo e siamo in questo corpo e abbiamo la possibilità di compiere tutte queste buone azioni,
44. dobbiamo correre e operare adesso quanto ci sarà utile per l'eternità.
45. Bisogna dunque istituire una scuola del servizio del Signore
46. nella quale ci auguriamo di non prescrivere nulla di duro o di gravoso;
47. ma se, per la correzione dei difetti o per il mantenimento della carità, dovrà introdursi una certa austerità, suggerita da motivi di giustizia,
48. non ti far prendere dallo scoraggiamento al punto di abbandonare la via della salvezza, che in principio è necessariamente stretta e ripida.
49. Mentre invece, man mano che si avanza nella vita monastica e nella fede, si corre per la via dei precetti divini col cuore dilatato dall'indicibile sovranità dell'amore.
50. Così, non allontanandoci mai dagli insegnamenti di Dio e perseverando fino alla morte nel monastero in una fedele adesione alla sua dottrina, partecipiamo con la nostra sofferenza ai patimenti di Cristo per meritare di essere associati al suo regno. Amen.

Fine del Prologo

INIZIA IL TESTO DELLA REGOLA

Regola è chiamata perchè dirige la vita di quelli che obbediscono.

I - Le varie categorie di monaci

1. E' noto che ci sono quattro categorie di monaci.
2. La prima è quella dei cenobiti, che vivono in un monastero, militando sotto una regola e un abate.
3. La seconda è quella degli anacoreti o eremiti, ossia di coloro che non sono mossi dall'entusiastico fervore dei principianti, ma sono stati lungamente provati nel monastero,
4. dove con l'aiuto di molti hanno imparato a respingere le insidie del demonio;
5. quindi, essendosi bene addestrati tra le file dei fratelli al solitario combattimento dell'eremo, sono

cogitationum, Deo auxiliante, pugnare sufficiunt.

6. Tertium vero monachorum taeterrimum genus est sarabaitarum, qui nulla regula approbati, experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molli,
7. adhuc operibus servantes saeculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.
8. Qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore, non dominicis sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluntas,
9. cum quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere.
10. Quartum vero genus est monachorum quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur,
11. semper vagi et numquam stabiles, et propriis voluntatibus et gulae illecebris servientes, et per omnia deteriores sarabaitis.
12. De quorum omnium horum miserrima conversatione melius est silere quam loqui.
13. His ergo omissis, ad coenobitarum fortissimum genus disponendum, adiuvante Domino, veniamus.

II - Qualis debeat esse abbas

1. Abbas qui praeesse dignus est monasterio semper meminere debet quod dicitur et nomen maioris factis implere.
2. Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur pronomine,
3. dicente Apostolo: *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater.*
4. Ideoque abbas nihil extra praeceptum Domini quod sit debet aut docere aut constituere vel iubere,
5. sed iussio eius vel doctrina fermentum divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspargatur,
6. memor semper abbas quia doctrinae suae vel discipulorum oboedientiae, utrumque rerum, in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio.
7. Sciatque abbas culpae pastoris incumbere quicquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire.
8. Tantundem iterum erit ut, si inquieto vel inoboedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa et morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita,
9. pastor eorum in iudicio Domini absolutus dicat cum propheta Domino: *iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi; ipsi autem*

ormai capaci, con l'aiuto di Dio, di affrontare senza il sostegno altrui la lotta corpo a corpo contro le concupiscenze e le passioni.

6. La terza categoria di monaci, veramente detestabile è formata dai sarabaiti: molli come piombo, perché non sono stati temprati come l'oro nel crogiolo dell'esperienza di una regola,
7. costoro conservano ancora le abitudini mondane, mentendo a Dio con la loro tonsura.
8. A due a due, a tre a tre o anche da soli, senza la guida di un superiore, chiusi nei loro ovili e non in quello del Signore, hanno come unica legge l'appagamento delle proprie passioni,
9. per cui chiamano santo tutto quello che torna loro comodo, mentre respingono come illecito quello che non gradiscono.
10. C'è infine una quarta categoria di monaci, che sono detti girovaghi, perché per tutta la vita passano da un paese all'altro, restando tre o quattro giorni come ospiti nei vari monasteri,
11. sempre vagabondi e instabili, schiavi delle proprie voglie e dei piaceri della gola, peggiori dei sarabaiti sotto ogni aspetto.
12. Ma riguardo alla vita sciagurata di tutti costoro è preferibile tacere piuttosto che parlare.
13. Lasciamoli quindi da parte e con l'aiuto del Signore occupiamoci dell'ordinamento della prima categoria, ossia quella fortissima e valorosa dei cenobiti.

II - L'Abate

1. Un abate degno di stare a capo di un monastero deve sempre avere presenti le esigenze implicite nel suo nome, mantenendo le proprie azioni al livello di superiorità che esso comporta.
2. Sappiamo infatti per fede che in monastero egli tiene il posto di Cristo, poiché viene chiamato con il suo stesso nome,
3. secondo quanto dice l'Apostolo: "Avete ricevuto lo Spirito di figli adottivi, che vi fa esclamare: Abba, Padre!"
4. Perciò l'abate non deve insegnare, né stabilire o ordinare nulla di contrario alle leggi del Signore,
5. anzi il suo comando e il suo insegnamento devono infondere nelle anime dei discepoli il fermento della santità.
6. Si ricordi sempre che nel tremendo giudizio di Dio dovrà rendere conto tanto del suo insegnamento, quanto dell'obbedienza dei discepoli
7. e sappia che il pastore sarà considerato responsabile di tutte le manchevolezze che il padre di famiglia avrà potuto riscontrare nel gregge.
8. D'altra parte è anche vero che, se il pastore avrà usato ogni diligenza nei confronti di un gregge irrequieto e indocile, cercando in tutti i modi di correggerne la cattiva condotta,
9. verrà assolto nel divino giudizio e potrà ripetere con

- contemnentis spreverunt me,*
10. et tunc demum inoboedientibus curae suae ovibus poena sit eis praevalens ipsa mors.
 11. Ergo, cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis praeesse discipulis,
 12. id est omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat, ut capacibus discipulis mandata Domini verbis proponere, duris corde vero et simplicioribus factis suis divina praecepta monstrare.
 13. Omnia vero quae discipulis docuerit esse contraria in suis factis indicet non agenda, ne aliis praedicans ipse reprobis inveniatur,
 14. ne quando illi dicat Deus peccanti: *Quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te,*
 15. *et: Qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.*
 16. Non ab eo persona in monasterio discernatur.
 17. Non unus plus ametur quam alius, nisi quem in bonis actibus aut oboedientia invenerit meliorem.
 18. Non convertenti ex servitio praeponatur ingenuus, nisi alia rationabilis causa existat.
 19. Quod si ita, iustitia dictante, abbati visum fuerit, et de cuiuslibet ordine id faciet. Sin alias, propria teneant loca,
 20. quia sive servus sive liber, omnes in Christo unum sumus et sub uno Domino aequalem servitutis militiam baiulamus, quia *non est apud Deum personarum acceptio.*
 21. Solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores ab aliis in operibus bonis et humiles inveniamur.
 22. Ergo aequalis sit ab eo omnibus caritas, una praebeatur in omnibus secundum merita disciplina.
 23. In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam semper formam servare in qua dicit: *Argue, obsecra, increpa,*
 24. id est, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum,
 25. id est indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, oboedientes autem et mites et patientes ut in melius proficiant obsecrare, neglegentes et contemnentis ut increpat et corripiat admonemus.
 26. Neque dissimulet peccata delinquentium; sed et mox ut coeperint oriri radicitus ea ut praevalat amputet, memor periculi Heli sacerdotis de Silo.
- il profeta al Signore: "Non ho tenuto la tua giustizia nascosta in fondo al cuore, ma ho proclamato la tua verità e la tua salvezza; essi tuttavia mi hanno disprezzato, ribellandosi contro di me".
10. E allora la giusta punizione delle pecore ribelli sarà la morte, che avrà finalmente ragione della loro ostinazione.
 11. Dunque, quando uno assume il titolo di Abate deve imporsi ai propri discepoli con un duplice insegnamento,
 12. mostrando con i fatti più che con le parole tutto quello che è buono e santo: in altri termini, insegna oralmente i comandamenti del Signore ai discepoli più sensibili e recettivi, ma li presenti esemplificati nelle sue azioni ai più tardi e grossolani.
 13. Confermi con la sua condotta che bisogna effettivamente evitare quanto ha presentato ai discepoli come riprovevole, per non correre il rischio di essere condannato dopo aver predicato agli altri
 14. e di non sentirsi dire dal Signore per i suoi peccati: "Come ti arroggi di esporre i miei precetti e di avere sempre la mia alleanza sulla bocca, tu che hai in odio la disciplina e ti getti le mie parole dietro le spalle?"
 15. e ancora: "Tu che vedevi la pagliuzza nell'occhio del tuo fratello, non ti sei accorto della trave nel tuo".
 16. Si guardi dal fare preferenze nelle comunità:
 17. non ami l'uno più dell'altro, a eccezione di quello che avrà trovato migliore nella condotta e nell'obbedienza:
 18. non anteponga un monaco proveniente da un ceto elevato a uno di umili origini, a meno che non ci sia un motivo ragionevole per stabilire una tale precedenza.
 19. Ma se, per ragioni di giustizia, riterrà di dover agire così lo faccia per chiunque; altrimenti ciascuno conservi il proprio posto,
 20. perché, sia il servo che il libero, tutti siamo una cosa sola in Cristo e, militando sotto uno stesso Signore, prestiamo un eguale servizio. Infatti, "dinanzi a Dio non ci sono parzialità"
 21. e una cosa sola ci distingue presso di lui: se siamo umili e migliori degli altri nelle opere buone.
 22. Quindi l'abate ami tutti allo stesso modo, seguendo per ciascuno una medesima regola di condotta basata sui rispettivi meriti.
 23. Per quanto riguarda poi la direzione dei monaci, bisogna che tenga presente la norma dell'apostolo: "Correggi, esorta, rimprovera"
 24. e precisamente, alternando i rimproveri agli incoraggiamenti, a seconda dei tempi e delle circostanze, sappia dimostrare la severità del maestro insieme con la tenerezza del padre.
 25. In altre parole, mentre deve correggere energicamente gli indisciplinati e gli inquieti, deve

27. Et honestiores quidem atque intellegibiles animos prima vel secunda admonitione verbis corripiat,
28. improbos autem et duros ac superbos vel inoboedientes verberum vel corporis castigatio in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: *Stultus verbis non corrigitur,*
29. et iterum: *Percute filium tuum virga et liberabis animam eius a morte.*
30. Meminere debet semper abbas quod est, meminere quod dicitur, et scire quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur.
31. Sciatque quam difficilem et arduam rem suscipit regere animas et multorum servire moribus, et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus;
32. et secundum uniuscuiusque qualitatem vel intellegentiam, ita se omnibus conformet et aptet ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiatur, verum in augmentatione boni gregis gaudeat.
33. Ante omnia, ne dissimulans aut parvipendens salutem animarum sibi commissarum, ne plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis et terrenis atque caducis,
34. sed semper cogitet quia animas suscepit regendas, de quibus et rationem redditurus est.
35. Et ne causetur de minori forte substantia, meminerit scriptum: *Primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis,*
36. et iterum: *Nihil deest timentibus eum.*
37. Sciatque quia qui suscipit animas regendas paret se ad rationem reddendam,
38. et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo quia in die iudicii ipsarum omnium animarum est redditurus Domino rationem, sine dubio addita et suae animae.
39. Et ita, timens semper futuram discussionem pastoris de creditis ovibus, cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus,
40. et cum de monitionibus suis emendationem aliis sumministrat ipse efficitur a vitiis emendatus.

III - De adhibendis ad consilium fratribus

- esortare amorevolmente quelli che obbediscono con docilità a progredire sempre più. Ma è assolutamente necessario che rimproveri severamente e punisca i negligenti e coloro che disprezzano la disciplina.
26. Non deve chiudere gli occhi sulle eventuali mancanze, ma deve stroncarle sul nascere, ricordandosi della triste fine di Eli, sacerdote di Silo.
27. Riprenda, ammonendoli una prima e una seconda volta, i monaci più docili e assennati,
28. ma castighi duramente i riottosi, gli ostinati, i superbi e i disobbedienti, appena tentano di trasgredire, ben sapendo che sta scritto: "Lo stolto non si corregge con le parole"
29. e anche: "Battendo tuo figlio con la verga, salverai l'anima sua dalla morte".
30. L'abate deve sempre ricordarsi quel che è e come viene chiamato, nella consapevolezza che sono maggiori le esigenze poste a colui al quale è stato affidato di più.
31. Bisogna che prenda chiaramente coscienza di quanto sia difficile e delicato il compito che si è assunto di dirigere le anime e porsi al servizio dei vari temperamenti, incoraggiando uno, rimproverando un altro e correggendo un terzo:
32. perciò si conformi e si adatti a tutti, secondo la rispettiva indole e intelligenza, in modo che, invece di aver a lamentare perdite nel gregge affidato alle sue cure, possa rallegrarsi per l'incremento del numero dei buoni.
33. Soprattutto si guardi dal perdere di vista o sottovalutare la salvezza delle anime, di cui è responsabile, per preoccuparsi eccessivamente delle realtà terrene, transitorie e caduche,
34. ma pensi sempre che si è assunto l'impegno di dirigere delle anime, di cui un giorno dovrà rendere conto
35. e non cerchi una scusante nelle eventuali difficoltà economiche, ricordandosi che sta scritto: "Cercate anzitutto il regno di Dio e la sua giustizia e tutte queste cose vi saranno date in soprappiù"
36. e anche: "Nulla manca a coloro che lo temono".
37. Sappia inoltre che chi si assume l'impegno di dirigere le anime deve prepararsi a renderne conto
38. e stia certo che, quanti sono i monaci di cui deve prendersi cura, tante solo le anime di cui nel giorno del giudizio sarà ritenuto responsabile di fronte a Dio, naturalmente oltre che della propria.
39. Così nel continuo timore dell'esame a cui verrà sottoposto il pastore riguardo alle pecore che gli sono state affidate mentre si preoccupa del rendiconto altrui, si fa più attento al proprio
40. e corregge i suoi personali difetti, aiutando gli altri a migliorarsi con le sue ammonizioni.

III - La consultazione della comunità

1. Quotiens aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet abbas omnem congregationem et dicat ipse unde agitur,
2. et audiens consilium fratrum tractet apud se et quod utilius iudicaverit faciat.
3. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus quia saepe iuniori Dominus revelat quod melius est.
4. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, et non praesumant procaciter defendere quod eis visum fuerit,
5. et magis in abbatis pendat arbitrio, ut quod salubrius esse iudicaverit ei cuncti oboediant.
6. Sed sicut discipulos convenit oboedire magistro, ita et ipsum provide et iuste concedet cuncta disponere.
7. In omnibus igitur omnes magistrum sequantur regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam.
8. Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem,
9. neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve aut foris monasterium contendere.
10. Quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat.
11. Ipse tamen abbas cum timore Dei et observatione regulae omnia faciat, sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem redditurum.
12. Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio,
13. sicut scriptum est: *Omnia fac cum consilio et post factum non paeniteberis.*

IV - Quae sunt instrumenta bonorum operum

1. In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute;
2. deinde proximum tamquam seipsum.
3. Deinde non occidere,
4. non adulterare,
5. non facere furtum,
6. non concupiscere,
7. non falsum testimonium dicere,
8. honorare omnes homines,
9. et quod sibi quis fieri non vult, alio ne faciat.
10. Abnegare semetipsum sibi ut sequatur Christum.
11. Corpus castigare,
12. delicias non amplecti,
13. ieiunium amare.
14. Pauperes recreare,
15. nudum vestire,

1. Ogni volta che in monastero bisogna trattare qualche questione importante, l'abate convochi tutta la comunità ed esponga personalmente l'affare in oggetto.
2. Poi, dopo aver ascoltato il parere dei monaci, ci rifletta per proprio conto e faccia quel che gli sembra più opportuno.
3. Ma abbiamo detto di consultare tutta la comunità, perché spesso è proprio al più giovane che il Signore rivela la soluzione migliore.
4. I monaci poi esprimano il loro parere con tutta umiltà e sottomissione, senza pretendere di imporre a ogni costo le loro vedute;
5. comunque la decisione spetta all'abate e, una volta che questi avrà stabilito ciò che è più conveniente, tutti dovranno obbedirgli.
6. D'altra parte, come è doveroso che i discepoli obbediscano al maestro, così è bene che anche lui predisponga tutto con prudenza ed equità.
7. Dunque in ogni cosa tutti seguano come maestra la Regola e nessuno osi allontanarsene.
8. Nessun membro della comunità segua la volontà propria,
9. né si azzardi a contestare sfacciatamente con l'abate, dentro o fuori del monastero.
10. Chi si permette un simile contegno, sia sottoposto alle punizioni previste dalla Regola.
11. L'abate però dal canto suo operi tutto col timor di Dio e secondo le prescrizioni della Regola, ben sapendo che di tutte le sue decisioni dovrà certamente rendere conto a Dio, giustissimo giudice.
12. Se poi in monastero si devono trattare questioni di minore importanza, si serva solo del consiglio dei più anziani,
13. come sta scritto: "Fa' tutto col consiglio e dopo non avrai a pentirtene".

IV - Gli strumenti delle buone opere

1. Prima di tutto amare il Signore Dio con tutto il cuore, con tutta l'anima, con tutte le forze;
2. poi il prossimo come se stesso.
3. Quindi non uccidere,
4. non commettere adulterio,
5. non rubare,
6. non avere desideri illeciti,
7. non mentire;
8. onorare tutti gli uomini,
9. e non fare agli altri ciò che non vorremmo fosse fatto a noi.
10. Rinnegare completamente se stesso. per seguire Cristo;
11. mortificare il proprio corpo,
12. non cercare le comodità,
13. amare il digiuno.
14. Soccorrere i poveri,

16. infirmum visitare,
17. mortuum sepelire.
18. In tribulatione subvenire,
19. dolentem consolari.
20. Saeculi actibus se facere alienum,
21. nihil amoris Christi praeponere.
22. Iram non perficere,
23. iracundiae tempus non reservare.
24. Dolorem in corde non tenere,
25. pacem falsam non dare.
26. Caritatem non derelinquere.
27. Non iurare ne forte periuret,
28. veritatem ex corde et ore proferre.
29. Malum pro malo non reddere.
30. Iniuriam non facere, sed et factas patienter sufferre.
31. Inimicos diligere.
32. Maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere.
33. Persecutionem pro iustitia sustinere.
34. Non esse superbum,
35. non vinolentum,
36. non multum edacem,
37. non somnulentum,
38. non pigrum,
39. non murmuriosum,
40. non detractorem.
41. Spem suam Deo committere.
42. Bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi;
43. malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet.
44. Diem iudicii timere,
45. gehennam expavescere,
46. vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare,
47. mortem cotidie ante oculos suspectam habere.
48. Actus vitae suae omni hora custodire,
49. in omni loco Deum se respicere pro certo scire.
50. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere et seniori spiritali patefacere,
51. os suum a malo vel pravo eloquio custodire,
52. multum loqui non amare,
53. verba vana aut risui apta non loqui,
54. risum multum aut excussum non amare.
55. Lectiones sanctas libenter audire,
56. orationi frequenter incumbere,
57. mala sua praeterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in oratione Deo confiteri,
58. de ipsis malis de cetero emendare.
59. Desideria carnis non efficere,
60. voluntatem propriam odire,
61. praeceptis abbatis in omnibus oboedire, etiam si ipse aliter-- quod absit-- agat, memores illud dominicum praeceptum: *Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite.*
62. Non velle dici sanctum antequam sit, sed prius esse
15. vestire gli ignudi,
16. visitare gli infermi,
17. seppellire i morti ;
18. alleviare tutte le sofferenze,
19. consolare quelli che sono nell'afflizione.
20. Rendersi estraneo alla mentalità del mondo;
21. non anteporre nulla all'amore di Cristo.
22. Non dare sfogo all'ira,
23. non serbare rancore,
24. non covare inganni nel cuore,
25. non dare un falso saluto di pace,
26. non abbandonare la carità.
27. Non giurare per evitare spergiuri,
28. dire la verità con il cuore e con la bocca,
29. non rendere male per male,
30. non fare torti a nessuno, ma sopportare pazientemente quelli che vengono fatti a noi;
31. amare i nemici,
32. non ricambiare le ingiurie e le calunnie, ma piuttosto rispondere con la benevolenza verso i nostri offensori,
33. sopportare persecuzioni per la giustizia.
34. Non essere superbo,
35. non dedito al vino,
36. né vorace,
37. non dormiglione,
38. né pigro;
39. non mormoratore,
40. né maldicente.
41. Riporre in Dio la propria speranza,
42. attribuire a Lui e non a sé quanto di buono scopriamo in noi,
43. ma essere consapevoli che il male viene da noi e accettarne la responsabilità.
44. Temere il giorno del giudizio,
45. tremare al pensiero dell'inferno,
46. anelare con tutta l'anima alla vita eterna,
47. prospettarsi sempre la possibilità della morte.
48. Vigilare continuamente sulle proprie azioni,
49. essere convinti che Dio ci guarda dovunque.
50. Spezzare subito in Cristo tutti i cattivi pensieri che ci sorgono in cuore e manifestarli al padre spirituale.
51. Guardarsi dai discorsi cattivi o sconvenienti,
52. non amare di parlar molto,
53. non dire parole leggere o ridicole,
54. non ridere spesso e smodatamente.
55. Ascoltare volentieri la lettura della parola di Dio,
56. dedicarsi con frequenza alla preghiera;
57. in questa confessare ogni giorno a Dio con profondo dolore le colpe passate
58. e cercare di emendarsene per l'avvenire.
59. Non appagare i desideri della natura corrotta,
60. odiare la volontà propria,
61. obbedire in tutto agli ordini dell'abate, anche se - Dio non voglia! - questi agisse diversamente da come parla, ricordando quel precetto del Signore:"

quod verius dicatur.

63. Praecepta Dei factis cotidie adimplere,
64. castitatem amare,
65. nullum odire,
66. zelum non habere,
67. invidiam non exercere,
68. contentionem non amare,
69. elationem fugere.
70. Et seniores venerare,
71. iuniores diligere.
72. In Christi amore pro inimicis orare;
73. cum discordante ante solis occasum in pacem redire.
74. Et de Dei misericordia numquam desperare.
75. Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis.
76. Quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reassignata, illa merces nobis a Domino recompensabitur quam ipse promisit.
77. *Quod oculus non vidit nec auris audivit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum.*
78. Officina vero ubi haec omnia diligenter operemur claustra sunt monasterii et stabilitas in congregatione.

V - De oboedientia

1. Primus humilitatis gradus est oboedientia sine mora.
2. Haec convenit his qui nihil sibi a Christo carius aliquid existimant.
3. Propter servitium sanctum quod professi sunt seu propter metum gehennae vel gloriam vitae aeternae,
4. mox aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si divinitus imperetur moram pati nesciant in faciendo.
5. De quibus Dominus dicit: *Oboeditu auris oboedivit mihi.*
6. Et item dicit doctoribus: *Qui vos audit me audit.*
7. Ergo hii tales, relinquentes statim quae sua sunt et voluntatem propriam deserentes,
8. mox exoccupatis manibus et quod agebant imperfectum relinquentes, vicino oboedientiae pede iubentis vocem factis sequuntur,
9. et veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambae res communiter citius explicantur.
10. Quibus ad vitam aeternam gradiendi amor incumbit,
11. ideo angustam viam arripiunt-- unde Dominus dicit: *Angusta via est quae ducit ad vitam,*

Fate quello che dicono, ma non fate quello che fanno".

62. Non voler esser detto santo prima di esserlo, ma diventare veramente tale, in modo che poi si possa dirlo con più fondamento.
63. Adempiere quotidianamente i comandamenti di Dio.
64. Amare la castità,
65. non odiare nessuno,
66. non essere geloso,
67. non coltivare l'invidia,
68. non amare le contese,
69. fuggire l'alterigia
70. e rispettare gli anziani,
71. amare i giovani,
72. pregare per i nemici nell'amore di Cristo,
73. nell'eventualità di un contrasto con un fratello, stabilire la pace prima del tramonto del sole.
74. E non disperare mai della misericordia di Dio.
75. Ecco, questi sono gli strumenti dell'arte spirituale!
76. Se li adopereremo incessantemente di giorno e di notte e li riconsegneremo nel giorno del giudizio, otterremo dal Signore la ricompensa promessa da lui stesso:
77. "Né occhio ha mai visto, né orecchio ha udito, né mente d'uomo ha potuto concepire ciò che Dio ha preparato a coloro che lo amano".
78. L'officina poi in cui bisogna usare con la massima diligenza questi strumenti è formata dai chiostri del monastero e dalla stabilità nella propria famiglia monastica.

V - L'obbedienza

1. Il segno più evidente dell'umiltà è la prontezza nell'obbedienza.
2. Questa è caratteristica dei monaci che non hanno niente più caro di Cristo
3. e, a motivo del servizio santo a cui si sono consacrati o anche per il timore dell'inferno e in vista della gloria eterna,
4. appena ricevono un ordine dal superiore non si concedono dilazioni nella sua esecuzione, come se esso venisse direttamente da Dio.
5. E' di loro che il Signore dice: " Appena hai udito, mi hai obbedito"
6. mentre rivolgendosi ai superiori dichiara: "Chi ascolta voi, ascolta me".
7. Quindi, questi monaci, che si distaccano subito dalle loro preferenze e rinunciano alla propria volontà,
8. si liberano all'istante dalle loro occupazioni, lasciandole a mezzo, e si precipitano a obbedire, in modo che alla parola del superiore seguano immediatamente i fatti.
9. Quasi allo stesso istante, il comando del maestro e la perfetta esecuzione del discepolo si compiono di comune accordo con quella velocità che è frutto del

12. ut non suo arbitrio viventes vel desiderii suis et voluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio, in coenobiis degentes abbatem sibi praeesse desiderant.
13. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam qua dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.*
14. Sed haec ipsa oboedientia tunc acceptabilis erit Deo et dulcis hominibus, si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cum murmurio vel cum responso nolentis efficiatur,
15. quia oboedientia quae maioribus praebet Deo exhibetur; ipse enim dixit: *Qui vos audit me audit.*
16. Et cum bono animo a discipulis praebere oportet, quia *hilarem datorem diligit Deus.*
17. Nam, cum malo animo si oboedit discipulus et non solum ore sed etiam in corde si murmuraverit,
18. etiam si impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo qui cor eius respicit murmurantem,
19. et pro tali facto nullam consequitur gratiam; immo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

VI - De taciturnitate

1. Faciamus quod ait propheta: *Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis.*
2. Hic ostendit propheta, si a bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debet taceri, quanto magis a malis verbis propter poenam peccati debet cessari.
3. Ergo, quamvis de bonis et sanctis et aedificationum eloquiis, perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia,
4. quia scriptum est: *In multiloquio non effugies peccatum,*
5. et alibi: *Mors et vita in manibus linguae.*
6. Nam loqui et docere magistrum condecet, tacere et audire discipulum convenit.
7. Et ideo, si qua requirenda sunt a priore, cum omni humilitate et subiectione reverentiae requirantur.
8. Scurrilitates vero vel verba otiosa et risum moventia aeterna clausura in omnibus locis damnamus et ad talia eloquia discipulum aperire os non permittimus.

timor di Dio:

10. così in coloro che sono sospinti dal desiderio di raggiungere la vita eterna.
11. Essi si slanciano dunque per la via stretta della quale il Signore dice: "Angusta è la via che conduce alla vita";
12. perciò non vivono secondo il proprio capriccio né seguono le loro passioni e i loro gusti, ma procedono secondo il giudizio e il comando altrui; rimangono nel monastero e desiderano essere sottoposti a un abate.
13. Senza dubbio costoro prendono a esempio quella sentenza del Signore che dice: "Non sono venuto a fare la mia volontà, ma quella di colui che mi ha mandato".
14. Ma questa obbedienza sarà accettata a Dio e gradevole agli uomini, se il comando ricevuto verrà eseguito senza esitazione, lentezza o tiepidezza e tantomeno con mormorazioni o proteste,
15. perché l'obbedienza che si presta agli uomini è resa a Dio, come ha detto lui stesso: "Chi ascolta voi, ascolta me".
16. I monaci dunque devono obbedire con slancio e generosità, perché "Dio ama chi dà lietamente".
17. Se infatti un fratello obbedisce malvolentieri e mormora, non dico con la bocca, ma anche solo con il cuore,
18. pur eseguendo il comando, non compie un atto gradito a Dio, il quale scorge la mormorazione nell'intimo della sua coscienza;
19. quindi, con questo comportamento, egli non si acquista alcun merito, anzi, se non ripara e si corregge, incorre nel castigo comminato ai mormoratori.

VI - L'amore del silenzio

1. Facciamo come dice il profeta: "Ho detto: Custodirò le mie vie per non peccare con la lingua; ho posto un freno sulla mia bocca, non ho parlato, mi sono umiliato e ho taciuto anche su cose buone".
2. Se con queste parole egli dimostra che per amore del silenzio bisogna rinunciare anche ai discorsi buoni, quanto più è necessario troncarsi quelli sconvenienti in vista della pena riserbata al peccato!
3. Dunque l'importanza del silenzio è tale che persino ai discepoli perfetti bisogna concedere raramente il permesso di parlare, sia pure di argomenti buoni, santi ed edificanti, perché sta scritto:
4. "Nelle molte parole non eviterai il peccato"
5. e altrove: "Morte e vita sono in potere della lingua".
6. Se infatti parlare e insegnare è compito del maestro, il dovere del discepolo è di tacere e ascoltare.
7. Quindi, se bisogna chiedere qualcosa al superiore, lo si faccia con grande umiltà e rispettosa sottomissione.

8. Escludiamo poi sempre e dovunque la trivialità, le frivolezze e le buffonerie e non permettiamo assolutamente che il monaco apra la bocca per discorsi di questo genere.

VII - De humilitate

1. Clamat nobis scriptura divina, fratres, dicens: Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.
2. Cum haec ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiae.
3. Quod se cavere propheta indicat dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me.*
4. Sed quid si non humiliter sentiebam, si exaltavi animam meam?-- sicut ablatatum super matrem suam, ita retribues in animam meam.
5. Unde, fratres, si summae humilitatis volumus culmen attingere et ad exaltationem illam caelestem ad quam per praesentis vitae humilitatem ascenditur volumus velociter pervenire,
6. actibus nostris ascenditibus scala illa erigenda est quae in somnio Iacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur.
7. Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intellegitur nisi exaltatione descendere et humilitate ascendere.
8. Scala vero ipsa erecta nostra est vita in saeculo, quae humiliato corde a Domino erigatur ad caelum.
9. Latera enim eius scalae dicimus nostrum esse corpus et animam, in qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinae evocatio divina ascendendo inseruit.
10. Primus itaque humilitatis gradus est si, timorem Dei sibi ante oculos semper ponens, oblivionem omnino fugiat
11. et semper sit memor omnia quae praecepit Deus, ut qualiter et contemnentem Deum gehenna de peccatis incendat et vita aeterna quae timentibus Deum praeparata est animo suo semper evolvat.
12. Et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis, id est cogitationum, linguae, manuum, pedum vel voluntatis propriae sed et desideria carnis,
13. aestimet se homo de caelis a Deo semper respici omni hora et facta sua omni loco ab aspectu divinitatis videri et ab angelis omni hora renuntiari.
14. Demonstrans nobis hoc propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper praesentem ostendit dicens: *Scrutans corda et renes Deus;*
15. et item: *Dominus novit cogitationes hominum;*
16. et item dicit: *Intellexisti cogitationes meas a longe;*
17. et: *Quia cogitatio hominis confitebitur tibi.*
18. Nam ut sollicitus sit circa cogitationes suas perversas, dicat semper utilis frater in corde suo: *Tunc ero immaculatus coram eo si observavero me ab*

VII - L'umiltà

1. La sacra Scrittura si rivolge a noi, fratelli, proclamando a gran voce: "Chiunque si esalta sarà umiliato e chi si umilia sarà esaltato".
2. Così dicendo, ci fa intendere che ogni esaltazione è una forma di superbia,
3. dalla quale il profeta mostra di volersi guardare quando dice: "Signore, non si è esaltato il mio cuore, né si è innalzato il mio sguardo, non sono andato dietro a cose troppo grandi o troppo alte per me".
4. E allora? "Se non ho nutrito sentimenti di umiltà, se il mio cuore si è insuperbito, tu mi tratterai come un bimbo svezzato dalla propria madre".
5. Quindi, fratelli miei, se vogliamo raggiungere la vetta più eccelsa dell'umiltà e arrivare rapidamente a quella glorificazione celeste, a cui si ascende attraverso l'umiliazione della vita presente,
6. bisogna che con il nostro esercizio ascetico innalziamo la scala che apparve in sogno a Giacobbe e lungo la quale questi vide scendere e salire gli angeli.
7. Non c'è dubbio che per noi quella discesa e quella salita possono essere interpretate solo nel senso che con la superbia si scende e con l'umiltà si sale.
8. La scala così eretta, poi, è la nostra vita terrena che, se il cuore è umile, Dio solleva fino al cielo;
9. noi riteniamo infatti che i due lati della scala siano il corpo e l'anima nostra, nei quali la divina chiamata ha inserito i diversi gradi di umiltà o di esercizio ascetico per cui bisogna salire.
10. Dunque il primo grado dell'umiltà è quello in cui, rimanendo sempre nel santo timor di Dio, si fugge decisamente la leggerezza e la dissipazione,
11. si tengono costantemente presenti i divini comandamenti e si pensa di continuo all'inferno, in cui gli empi sono puniti per i loro peccati, e alla vita eterna preparata invece per i giusti.
12. In altre parole, mentre si astiene costantemente dai peccati e dai vizi dei pensieri, della lingua, delle mani, dei piedi e della volontà propria, come pure dai desideri della carne,
13. l'uomo deve prendere coscienza che Dio lo osserva a ogni istante dal cielo e che, dovunque egli si trovi, le sue azioni non sfuggono mai allo sguardo divino e sono di continuo riferite dagli angeli.
14. E' ciò che ci insegna il profeta, quando mostra Dio talmente presente ai nostri pensieri da affermare: "Dio scruta le reni e i cuori"
15. come pure: "Dio conosce i pensieri degli uomini".
16. Poi aggiunge: "Hai intuito di lontano i miei

iniquitate mea.

19. Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur cum dicit scriptura nobis: *Et a voluntatibus tuis avertere.*
 20. Et item rogamus Deum in oratione ut fiat illius voluntas in nobis.
 21. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem cum cavemus illud quod dicit sancta scriptura: *Sunt viae quae putantur ab hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit,*
 22. et cum item pavemus illud quod de negligentibus dictum est: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.*
 23. In desideriis vero carnis ita nobis Deum credamus semper esse praesentem cum dicit propheta Domino: *Ante te est omne desiderium meum.*
 24. Cavendum ergo ideo malum desiderium quia mors secus introitum delectationis posita est.
 25. Unde scriptura praecepit dicens: *Post concupiscentias tuas non eas.*

 26. Ergo si oculi Domini speculantur bonos et malos
 27. et Dominus de caelo semper respicit super filios hominum, ut videat si est intellegens aut requirens Deum,
 28. et si ab angelis nobis deputatis cotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera nuntiantur,
 29. cavendum est ergo omni hora, fratres, sicut dicit in psalmo propheta, ne nos *declinantes in malo et inutiles factos* aliqua hora aspiciat Deus
 30. et, parcendo nobis in hoc tempore quia pius est et exspectat nos converti in melius, ne dicat nobis in futuro: *Haec fecisti et tacui.*

 31. Secundus humilitatis gradus est si propriam quis non amans voluntatem desideria sua non delectetur implere,
 32. sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit.*
 33. Item dicit scriptura: Voluntas habet poenam et necessitas parit coronam.
 34. Tertius humilitatis gradus est ut quis pro Dei amore omni oboedientia se subdat maiori, imitans Dominum, de quo dicit apostolus: *Factus oboediens usque ad mortem.*

 35. Quartus humilitatis gradus est si, in ipsa oboedientia duris et contrariis rebus vel etiam quibuslibet irrogatis iniuriis, tacite conscientia patientiam amplectatur
 36. et sustinens non lassescat vel discedat, dicente scriptura: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit;*

 37. item: *Confortetur cor tuum et sustine Dominum*
 38. Et ostendens fidelem pro Domino universa etiam contraria sustinere debere, dicit ex persona sufferentium: *Propter te morte afficimur tota die, aestimati*
17. e infine: "Il pensiero dell'uomo sarà svelato dinanzi a te".
 18. Quindi, per potersi coscienziosamente guardare dai cattivi pensieri, bisogna che il monaco vigile e fedele ripeta sempre tra sé: "Sarò senza macchia dinanzi a lui, solo se mi guarderò da ogni malizia".
 19. Ci è poi vietato di fare la volontà propria, dato che la Scrittura ci dice: "Allontanati dalle tue voglie"
 20. e per di più nel Pater chiediamo a Dio che in noi si compia la sua volontà.
 21. Perciò ci viene giustamente insegnato di non fare la nostra volontà, evitando tutto quello di cui la Scrittura dice: "Ci sono vie che agli uomini sembrano diritte, ma che si sprofondano negli abissi dell'inferno"
 22. e anche nel timore di quanto è stato affermato riguardo ai negligenti: "Si sono corrotti e sono divenuti spregevoli nella loro dissolutezza".
 23. Quanto poi alle passioni della nostra natura decaduta, bisogna credere ugualmente che Dio è sempre presente, secondo il detto del profeta: "Ogni mio desiderio sta davanti a te".
 24. Dobbiamo quindi guardarci dalle passioni malsane, perché la morte è annidata sulla soglia del piacere.
 25. Per questa ragione la Scrittura prescrive: "Non seguire le tue voglie".
 26. Se dunque "gli occhi di Dio scrutano i buoni e i cattivi"
 27. e se "il Signore esamina attentamente i figli degli uomini per vedere se vi sia chi abbia intelletto e cerchi Dio",
 28. se a ogni momento del giorno e della notte le nostre azioni vengono riferite al Signore dai nostri angeli custodi,
 29. bisogna, fratelli miei, che stiamo sempre in guardia per evitare che un giorno Dio ci veda perduti dietro il male e isteriliti, come dice il profeta nel salmo e,
 30. pur risparmiandoci per il momento, perché è misericordioso e aspetta la nostra conversione, debba dirci in avvenire: "Hai fatto questo e ho taciuto".
 31. Il secondo grado dell'umiltà è quello in cui, non amando la propria volontà, non si trova alcun piacere nella soddisfazione dei propri desideri,
 32. ma si imita il Signore, mettendo in pratica quella sua parola, che dice: "Non sono venuto a fare la mia volontà, ma quella di colui che mi ha mandato".
 33. Cosa" pure un antico testo afferma: "La volontà propria procura la pena, mentre la sottomissione conquista il premio".
 34. Terzo grado dell'umiltà è quello in cui il monaco per amore di Dio si sottomette al superiore in assoluta obbedienza, a imitazione del Signore, del quale l'Apostolo dice: "Fatto obbediente fino alla morte".
 35. Il quarto grado dell'umiltà è quello del monaco che,

sumus ut oves occisionis.

39. Et securi de spe retributionis divinae subsequuntur gaudentes et dicentes: *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.*
40. Et item alio loco scriptura: *Probasti nos, Deus, igne nos examinasti sicut igne examinatur argentum; induxisti nos in laqueum; posuisti tribulationes in dorso nostro.*
41. Et ut ostendat sub priore debere nos esse, subsequitur dicens: *Imposuisti homines super capita nostra.*
42. Sed et praeceptum Domini in adversis et iniuriis per patientiam adimplentes, qui percussi in maxillam praebent et aliam, auferenti tunicam dimittunt et pallium, angariati miliario vadunt duo,
43. cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent et persecutionem sustinent et maledicentes se benedicent.
44. Quintus humilitatis gradus est si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes vel mala a se absconse commissa per humilem confessionem abbatem non celaverit suum.
45. Hortans nos de hac re scriptura dicens: *Revela ad Dominum viam tuam et spera in eum.*
46. Et item dicit: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.*
47. Et item propheta: *Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitias meas non operui.*
48. *Dixi: Pronuntiabo adversum me iniustias meas Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.*
49. Sextus humilitatis gradus est si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus, et ad omnia quae sibi iniunguntur velut operarium malum se iudicet et indignum
50. dicens sibi cum propheta: *Ad nihilum redactus sum et nescivi, ut iumentum factus sum apud te et ego semper tecum.*
51. Septimus humilitatis gradus est si omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu,
52. humilians se et dicens cum propheta: *Ego autem sum uermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.*
53. *Exaltatus sum et humiliatus et confusus.*
54. Et item: *Bonum mihi quod humiliasti me, ut discam mandata tua.*
55. Octavus humilitatis gradus est si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla.
56. Nonus humilitatis gradus est si linguam ad loquendum prohibeat monachus et, taciturnitatem habens, usque ad interrogationem non loquatur,
57. monstrante scriptura quia *in multiloquio non effugitur peccatum,*
58. *et quia vir linguosus non dirigitur super terram.*
59. Decimus humilitatis gradus est si non sit facilis ac promptus in risu, quia scriptum est: *Stultus in risu*

- pur incontrando difficoltà, contrarietà e persino offese non provocate nell'esercizio dell'obbedienza, accetta in silenzio e volontariamente la sofferenza
36. e sopporta tutto con pazienza, senza stancarsi né cedere secondo il monito della Scrittura: " Chi avrà sopportato sino alla fine questi sarà salvato".
37. E ancora: "Sia forte il tuo cuore e spera nel Signore".
38. E per dimostrare come il servo fedele deve sostenere per il Signore tutte le possibili contrarietà, esclama per bocca di quelli che patiscono: "Ogni giorno per te siamo messi a morte, siamo trattati come pecore da macello".
39. Ma con la sicurezza che nasce dalla speranza della divina retribuzione, costoro soggiungono lietamente: "E di tutte queste cose trionfiamo in pieno, grazie a colui che ci ha amato",
40. mentre altrove la Scrittura dice: "Ci hai provato, Signore, ci hai saggiato come si saggia l'argento col fuoco; ci hai fatto cadere nella rete, ci hai caricato di tribolazioni".
41. E per indicare che dobbiamo assoggettarci a un superiore, prosegue esclamando: "Hai posto degli uomini sopra il nostro capo".
42. Quei monaci, però, adempiono il precetto del Signore, esercitando la pazienza anche nelle avversità e nelle umiliazioni, e, percossi su una guancia, presentano l'altra, cedono anche il mantello a chi strappa loro di dosso la tunica, quando sono costretti a fare un miglio di cammino ne percorrono due,
43. come l'Apostolo Paolo sopportano i falsi fratelli e ricambiano con parole le offese e le ingiurie.
44. Il quinto grado dell'umiltà consiste nel manifestare con un'umile confessione al proprio abate tutti i cattivi pensieri che sorgono nell'animo o le colpe commesse in segreto,
45. secondo l'esortazione della Scrittura, che dice: "Manifesta al Signore la tua via e spera in lui".
46. E anche: "Aprite l'animo vostro al Signore, perché è buono ed eterna è la sua misericordia",
47. mentre il profeta esclama: "Ti ho reso noto il mio peccato e non ho nascosto la mia colpa.
48. Ho detto: "confesserò le mie iniquità dinanzi al Signore" e "tu hai perdonato la malizia del mio cuore".
49. Il sesto grado dell'umiltà è quello in cui il monaco si contenta delle cose più misere e grossolane e si considera un operaio incapace e indegno nei riguardi di tutto quello che gli impone l'obbedienza,
50. ripetendo a se stesso con il profeta: "Sono ridotto a nulla e nulla so; eccomi dinanzi a te come una bestia da soma, ma sono sempre con te".
51. Il settimo grado dell'umiltà consiste non solo nel qualificarsi come il più miserabile di tutti, ma nell'esserne convinto dal profondo del cuore,

exaltat vocem suam.

60. Undecimus humilitatis gradus est si, cum loquitur monachus, leniter et sine risu, humiliter cum gravitate vel pauca verba et rationabilia loquatur, et non sit clamorosus in voce,
 61. sicut scriptum est: Sapiens verbis innotescit paucis.
 62. Duodecimus humilitatis gradus est si non solum corde monachus sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet,
 63. id est in Opere Dei, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro vel ubicumque sedens, ambulans vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus,
 64. reum se omni hora de peccatis suis aestimans iam se tremendo iudicio repraesentari aestimet,
 65. dicens sibi in corde semper illud quod publicanus ille evangelicus fixis in terram oculis dixit: *Domine, non sum dignus, ego peccator, levare oculos meos ad caelos.*
 66. Et item cum Propheta: *Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque.*
 67. Ergo, his omnibus humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam quae *perfecta foris mittit timorem,*
 68. per quam universa quae prius non sine formidine observabat absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire,
 69. non iam timore gehennae, sed amore Christi et consuetudine ipsa bona et delectatione virtutum.
 70. Quae Dominus iam in operarium suum mundum a vitiis et peccatis Spiritu Sancto dignabitur demonstrare.
52. umiliandosi e dicendo con il profeta: "Ora io sono un verme e non un uomo, l'obbrobrio degli uomini e il rifiuto della plebe";
 53. "Mi sono esaltato e quindi umiliato e confuso"
 54. e ancora: "Buon per me che fui umiliato, perché imparassi la tua legge".
 55. L'ottavo grado dell'umiltà è quello in cui il monaco non fa nulla al di fuori di ciò a cui lo sprona la regola comune del monastero e l'esempio dei superiori e degli anziani.
 56. Il nono grado dell'umiltà è proprio del monaco che sa dominare la lingua e, osservando fedelmente il silenzio, tace finché non è interrogato,
 57. perché la Scrittura insegna che "nelle molte parole non manca il peccato"
 58. e che "l'uomo dalle molte chiacchiere va senza direzione sulla terra".
 59. Il decimo grado dell'umiltà è quello in cui il monaco non è sempre pronto a ridere, perché sta scritto: "Lo stolto nel ridere alza la voce".
 60. L'undicesimo grado dell'umiltà è quello nel quale il monaco, quando parla, si esprime pacatamente e seriamente, con umiltà e gravità, e pronuncia poche parole assennate, senza alzare la voce,
 61. come sta scritto: "Il saggio si riconosce per la sobrietà nel parlare".
 62. Il dodicesimo grado, infine, è quello del monaco, la cui umiltà non è puramente interiore, ma traspare di fronte a chiunque lo osservi da tutto il suo atteggiamento esteriore,
 63. in quanto durante l'Ufficio divino, in coro, nel monastero, nell'orto, per via, nei campi, dovunque, sia che sieda, cammini o stia in piedi, tiene costantemente il capo chino e gli occhi bassi;
 64. e, considerandosi sempre reo per i propri peccati, si vede già dinanzi al tremendo giudizio di Dio,
 65. ripetendo continuamente in cuor suo ciò che disse, con gli occhi fissi a terra il pubblicano del Vangelo: "Signore, io, povero peccatore, non sono degno di alzare gli occhi al cielo".
 66. E ancora con il profeta: "Mi sono sempre curvato e umiliato".
 67. Una volta ascesi tutti questi gradi dell'umiltà, il monaco giungerà subito a quella carità, che quando è perfetta, scaccia il timore;
 68. per mezzo di essa comincerà allora a custodire senza alcuno sforzo e quasi naturalmente, grazie all'abitudine, tutto quello che prima osservava con una certa paura;
 69. in altre parole non più per timore dell'inferno, ma per amore di Cristo, per la stessa buona abitudine e per il gusto della virtù.
 70. Sono questi i frutti che, per opera dello Spirito Santo, il Signore si degnerà di rendere manifesti nel suo servo, purificato ormai dai vizi e dai peccati.

VIII - De officiis divinis in noctibus

1. Hiemis tempore, id est a kalendas Novembres usque in Pascha, iuxta considerationem rationis, octava hora noctis surgendum est,
2. ut modice amplius de media nocte pausetur et iam digesti surgant.
3. Quod vero restat post vigilias a fratribus qui psalterii vel lectionum aliquid indigent meditationi inserviatur.
4. A Pascha autem usque ad supradictas Novembres, sic temperetur hora ut vigiliarum agenda parvissimo intervallo, quo fratres ad necessaria naturae exeant, mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

IX - Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis

1. Hiemis tempore suprascripto, in primis versu tertio dicendum: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.*
2. Cui subiungendus est tertius psalmus et gloria.
3. Post hunc, psalmum nonagesimum quartum cum antiphona, aut certe decantandum.
4. Inde sequatur ambrosianum, deinde sex psalmi cum antiphonas.
5. Quibus dictis, dicto versu, benedicat abbas et, sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones, inter quas et tria responsoria cantentur:
6. duo responsoria sine gloria dicantur; post tertiam vero lectionem, qui cantat dicat gloriam.
7. Quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilia sua surgant, ob honorem et reverentiam sanctae Trinitatis.
8. Codices autem legantur in vigiliis divinae auctoritatis, tam veteris testamenti quam novi, sed et expositiones earum, quae a nominatis et orthodoxis catholicis patribus factae sunt.
9. Post has vero tres lectiones cum responsoria sua, sequantur reliqui sex psalmi, cum alleluia canendi.
10. Post hos, lectio apostoli sequatur, ex corde recitanda, et versus, et supplicatio litaniae, id est Kyrie eleison.
11. Et sic finiantur vigiliae nocturnae.

X - Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus

1. A Pascha autem usque ad kalendas Novembres, omnis ut supra dictum est psalmodiae quantitas teneatur,
2. excepto quod lectiones in codice, propter brevitatem noctium, minime legantur, sed pro ipsis tribus lectionibus una de veteri Testamento memoriter dicatur, quam brevis responsorius subsequatur.
3. Et reliqua omnia ut dictum est impleantur, id est ut

VIII - L'Ufficio divino nella notte

1. Durante la stagione invernale, cioè dal principio di novembre sino a Pasqua, secondo un calcolo ragionevole, la sveglia sia verso le due del mattino,
2. in modo che il sonno si prolunghi un po' oltre la mezzanotte e tutti si possano alzare sufficientemente riposati.
3. Il tempo che rimane dopo l'Ufficio vigilare venga impiegato dai monaci, che ne hanno bisogno, nello studio del salterio o delle lezioni.
4. Da Pasqua, invece, sino al suddetto inizio di novembre, l'orario venga disposto in modo tale che, dopo un brevissimo intervallo nel quale i fratelli possono uscire per le necessità della natura, l'Ufficio vigilare sia seguito immediatamente dalle Lodi, che devono essere recitate al primo albeggiare.

IX - I salmi dell'Ufficio notturno

1. Nel suddetto periodo invernale si dica prima di tutto per tre volte il versetto: "Signore, apri le mie labbra e la mia bocca annunzierà la tua lode",
2. a cui si aggiunga il salmo 3 con il Gloria;
3. dopo di questo il salmo 94 cantato con l'antifona oppure lentamente.
4. Quindi segua l'inno e poi sei salmi con le antifone,
5. finiti i quali e detto il versetto, l'abate dia la benedizione e, mentre tutti stanno seduti ai rispettivi posti, i fratelli leggano a turno dal lezionario posto sul leggio tre lezioni, intercalate da responsori cantati.
6. Due responsori si cantino senza il Gloria, ma dopo la terza lezione il cantore lo intoni
7. e allora tutti subito si alzino in piedi per l'onore e la riverenza dovuti alla Santa Trinità.
8. Quanto ai libri da leggere nell'Ufficio vigilare, siano tutti di autorità divina, sia dell'antico che del nuovo Testamento, compresi i relativi commenti, scritti da padri di sicura fama e genuina fede cattolica.
9. Dopo queste tre lezioni con i rispettivi responsori, seguano gli altri sei salmi da cantare con l'Alleluia
10. e dopo questi una lezione tratta dalle lettere di S. Paolo, da recitarsi a memoria, il versetto, la prece litanica, cioè il Kyrie eleison,
11. e così si metta fine all'Ufficio vigilare.

X - L'Ufficio notturno dell'estate

1. Da Pasqua fino al principio di novembre si mantenga lo stesso numero di salmi, che è stato prescritto sopra;
2. eccetto che, a causa della brevità delle notti, non si leggano le lezioni dal lezionario, ma, invece di tre, se ne reciti a memoria una sola dell'antico Testamento, seguita da un responsorio breve;
3. tutto il resto si svolga, come è già stato prescritto,

numquam minus a duodecim psalmorem quantitate ad vigiliis nocturnas dicantur, exceptis tertio et nonagesimo quarto psalmo.

cioè nell'Ufficio vigilare non si dicano mai meno di dodici salmi, senza contare i salmi 3 e 94.

XI - Qualiter diebus dominicis vigiliae agantur

1. Dominico die temperius surgatur ad vigiliis.
2. In quibus vigiliis teneatur mensura, id est, modulatis ut supra disposuimus sex psalmis et versu, residentibus cunctis disposite et per ordinem in subselliis, legantur in codice, ut supra diximus, quattuor lectiones cum responsoriis suis.
3. Ubi tantum in quarto responsorio dicatur a cantante gloria; quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant.
4. Post quibus lectionibus sequantur ex ordine alii sex psalmi cum antiphonas sicut anteriores, et versu.
5. Post quibus iterum legantur aliae quattuor lectiones cum responsoriis suis, ordine quo supra.
6. Post quibus dicantur tria cantica de prophetarum, quas instituerit abbas; quae cantica cum alleluia psallantur.
7. Dicto etiam versu et benedicente abbate, legantur aliae quattuor lectiones de novo testamento, ordine quo supra.
8. Post quartum autem responsorium incipiat abbas hymnum "*Te Deum laudamus*".
9. Quo perdicto, legat abbas lectionem de Evangelia, cum honore et timore stantibus omnibus.
10. Qua perlecta, respondeant omnes Amen, et subsequatur mox abbas hymnum "*Te decet laus*", et data benedictione incipiant matutinos.
11. Qui ordo vigiliarum omni tempore tam aestatis quam hiemis aequaliter in die dominico teneatur.
12. Nisi forte -- quod absit -- tardius surgant: aliquid de lectionibus breviandum est, aut responsoriis.
13. Quod tamen omnino caveatur ne proveniat. Quod si contigerit, digne inde satisfaciatur Deo in oratorio per cuius evenerit neglectum.

XII - Quomodo matutinorum sollemnitas agatur

1. In matutinis dominico die, in primis dicatur sexagesimus sextus psalmus, sine antiphona, in directum.
2. Post quem dicatur quinquagesimus cum alleluia.
3. Post quem dicatur centesimus septimus decimus et sexagesimus secundus.
4. Inde Benedictiones et Laudes, lectionem de Apocalypsis unam ex corde, et responsorium, ambrosianum, versum, canticum de Evangelia, litaniam, et completum est.

XI - L'Ufficio notturno nelle Domeniche

1. Per l'Ufficio vigilare della domenica ci si alzi un po' prima.
2. Anche in questo caso si osservi un determinato ordine, cioè, dopo aver cantato sei salmi come abbiamo stabilito sopra ed essersi seduti tutti ordinatamente ai propri posti, si leggano sul lezionario quattro lezioni con i relativi responsori, secondo quanto abbiamo già detto;
3. solo al quarto responsorio il cantore intoni il Gloria e allora tutti si alzino subito in piedi con riverenza.
4. A queste lezioni seguano per ordine altri sei salmi con le antifone come i precedenti e il versetto.
5. Quindi si leggano di nuovo altre quattro lezioni con i propri responsori, secondo le norme precedenti.
6. Poi si recitino tre cantici, tratti dai libri dei Profeti a scelta dell'abate, che si devono cantare con l'Alleluia.
7. Detto quindi il versetto, con la benedizione dell'abate si leggano altre quattro lezioni del nuovo Testamento nel modo già indicato.
8. Dopo il quarto responsorio l'abate intoni l'inno "*Te Deum laudamus*",
9. finito il quale lo stesso abate legga la lezione dai Vangeli, mentre tutti stanno in piedi con la massima riverenza.
10. Al termine di questa lettura tutti rispondano Amen, poi l'abate prosegua immediatamente con l'inno "*Te decet laus*" e, recitata la preghiera di benedizione, si incomincino le lodi.
11. Quest'ordine dell'Ufficio vigilare della domenica dev'essere mantenuto in ogni stagione, tanto d'estate che d'inverno,
12. salvo il caso deprecabile in cui i monaci si alzassero più tardi, nella quale circostanza bisognerà abbreviare le lezioni e i responsori.
13. Si stia però bene attenti che ciò non avvenga; ma se dovesse accadere, il responsabile di una simile negligenza ne faccia in coro degna riparazione a Dio.

XII - Le lodi

1. Alle Lodi della domenica, prima di tutto si dica il salmo 66 tutto di seguito, senza antifona,
2. quindi il salmo 50 con l'Alleluia,
3. poi il 117 e il 62
4. quindi il cantico dei tre fanciulli nella fornace (il Benedicite), i salmi di lode (148, 149, 150), una lezione dell'Apocalisse a memoria, il responsorio, l'inno, il versetto, il cantico del Vangelo (il Benedictus) e la prece litania con cui si finisce.

XIII - Privatis diebus qualiter agantur matutini

1. Diebus autem privatis, matutinorum sollemnitatis ita agatur,
2. id est, ut sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice, sicut dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur.
3. Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem, id est:
4. secunda feria, quintum et tricesimum quintum;
5. tertia feria, quadragesimum secundum et quinquagesimum sextum;
6. quarta feria, sexagesimum tertium et sexagesimum quartum;
7. quinta feria, octogesimum septimum et octogesimum nonum;
8. sexta feria, septuagesimum quintum et nonagesimum primum;
9. sabbatorum autem, centesimum quadragesimum secundum et canticum Deuteronomium qui dividatur in duas glorias.
10. Nam ceteris diebus canticum unumquemque die suo ex prophetis sicut psallit ecclesia Romana dicantur.
11. Post haec sequantur laudes; deinde lectio una apostoli memoriter recitanda, responsorium, ambrosianum, versu, canticum de Evangelia, litania et completum est.
12. Plane agenda matutina vel vespertina non transeat aliquando, nisi in ultimo per ordinem oratio dominica, omnibus audientibus, dicatur a priore, propter scandalorum spinas quae oriri solent,
13. ut conventi per ipsius orationis sponsionem qua dicunt: *Dimitte nobis sicut et nos dimittimus*, purgent se ab huiusmodi vitio.
14. Ceteris vero agendis, ultima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur: *Sed libera nos a malo*.

XIV - In nataliciis Sanctorum qualiter agantur Vigiliae

1. In sanctorum vero festivitatibus, vel omnibus sollemnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur,
2. excepto quod psalmi aut antiphonae vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicantur; modus autem superscriptus teneatur.

XV - Alleluia quibus temporibus dicatur

1. A sanctum Pascha usque Pentecosten, sine intermissione dicatur alleluia, tam in psalmis quam in responsoriis.
2. A Pentecosten autem usque caput quadragesimae, omnibus noctibus, cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur.
3. Omni vero dominica extra quadragesima, cantica, matutinos, prima, tertia, sexta nonaque cum alleluia

XIII - Le lodi nei giorni feriali

1. Nei giorni feriali le Lodi si celebrino nel modo seguente:
2. si dica il salmo 66 senza antifona, recitandolo lentamente in modo che tutti possano essere presenti per il salmo 50, che deve dirsi con l'antifona.
3. Dopo di questi, si dicano altri due salmi secondo la consuetudine e cioè
4. al lunedì i salmi 5 e 35,
5. al martedì il 42 e il 56,
6. al mercoledì il 63 e il 64,
7. al giovedì l'87 e l'89,
8. al venerdì il 75 e il 91
9. e al sabato il 142 con il cantico del Deuteronomio, diviso in due parti dal Gloria.
10. In tutti gli altri giorni poi si dica il cantico profetico proprio di quel giorno, secondo l'uso della Chiesa romana.
11. Quindi seguano i salmi di lode, una breve lezione dell'Apostolo a memoria, il responsorio, l'inno, il versetto, il cantico del Vangelo, la prece litania e così si termina.
12. Ma l'Ufficio delle Lodi e del Vespro non si chiuda mai senza che, secondo l'uso stabilito, alla fine, tra l'attenzione di tutti, il superiore reciti il Pater per le offese alla carità fraterna che avvengono di solito nella vita comune,
13. in modo che i presenti possano purificarsi da queste colpe, grazie all'impegno preso con la stessa preghiera nella quale dicono: "Rimetti a noi, come anche noi rimettiamo".
14. Nelle altre Ore, invece, si dica ad alta voce solo l'ultima parte del Pater, a cui tutti rispondano: "Ma liberaci dal male".

XIV - L'Ufficio vigilare nelle feste dei Santi

1. Nelle feste dei santi e in tutte le solennità si proceda come abbiamo stabilito per la domenica,
2. ad eccezione dei salmi, delle antifone e delle lezioni, che saranno proprie di quel giorno; si segua però l'ordine già fissato.

XV - Quando si deve dire l'Alleluia

1. L'Alleluia si dica sempre dalla santa Pasqua fino a Pentecoste, tanto nei salmi che nei responsori;
2. da Pentecoste poi sino al principio della Quaresima lo si dica soltanto negli ultimi sei salmi dell'Ufficio notturno
3. Ma in tutte le domeniche che cadano fuori del tempo quaresimale i cantici, le Lodi, Prima, Terza,

dicatur, vespera vero iam antiphona.

4. Responsoria vero numquam dicantur cum alleluia, nisi a Pascha usque Pentecosten.

XVI - Qualiter divina Opera per diem agantur

1. Ut ait propheta: *septies in die laudem dixi tibi.*
2. Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si matutino, primae, tertiae, sextae, nonae, vesperae completoriiue tempore nostrae servitutis officia persolvamus,
3. quia de his diurnis horis dixit: *Septies in die laudem dixi tibi.*
4. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse propheta ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.*
5. Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro *super iudicia iustitiae suae*, id est matutinis, prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorios, et nocte surgamus ad confitendum ei.

XVII - Quot psalmi per easdem horas canendi sunt

1. Iam de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus horis videamus.
2. Prima hora dicantur psalmi tres singillatim et non sub una gloria,
3. hymnum eiusdem horae post versum Deus in adiutorium antequam psalmi incipiantur.
4. Post expletionem vero trium psalmodiarum recitetur lectio una, versu et Kyrie eleison et missas.
5. Tertia vero, sexta et nona, item eo ordine celebretur oratio, id est versu, hymnos earundem horarum, ternos psalmos, lectionem et versu, Kyrie eleison et missas.
6. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonas, si vero minor, in directum psallantur.
7. Vespertina autem synaxis quattuor psalmis cum antiphonis terminetur.
8. Post quibus psalmis, lectio recitanda est; inde responsorium, ambrosianum, versu, canticum de Evangelia, litania, et oratione dominica fiant missae.
9. Completorios autem trium psalmodiarum dictione terminentur. Qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt.
10. Post quos hymnum eiusdem horae, lectionem unam, versu, Kyrie eleison, et benedictione missae fiant.

XVIII - Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt

1. In primis dicatur versu Deus in adiutorium meum intende, *Domine ad adiuvandam me festina*, gloria, inde hymnum uniuscuiusque horae.
2. Deinde, prima hora dominica, dicenda quattuor capitula psalmi centesimi octavi decimi;
3. reliquis vero horis, id est tertia, sexta vel nona, terna capitula superscripti psalmi centesimi octavi decimi

Sesta e Nona si dicano con l'Alleluia, mentre il Vespro avrà le antifone proprie.

4. I responsori, invece, non si dicano mai con l'Alleluia, se non da Pasqua a Pentecoste.

XVI - La celebrazione dei divini Uffici durante il giorno

1. "Sette volte al giorno ti ho lodato", dice il profeta.
2. Questo sacro numero di sette sarà adempiuto da noi, se assolveremo i doveri del nostro servizio alle Lodi, a Prima, a Terza, a Sesta, a Nona, a Vespro e Compieta,
3. perché proprio di queste ore diurne il profeta ha detto: "Sette volte al giorno ti ho lodato".
4. Infatti nelle Vigilie notturne lo stesso profeta dice: "Nel mezzo della notte mi alzavo per lodarti".
5. Dunque in queste ore innalziamo lodi al nostro Creatore "per le opere della sua giustizia" e cioè alle lodi, a Prima, a Terza, a Sesta, a Nona, a Vespro e a Compieta e di notte alziamoci per celebrare la sua grandezza.

XVII - Salmi delle ore del giorno

1. Abbiamo già stabilito l'ordine della salmodia per l'Ufficio notturno e per le Lodi; adesso provvediamo per le altre Ore.
2. All'ora di Prima si dicano tre salmi separatamente, ciascuno con il proprio Gloria
3. e l'inno della stessa Ora segua il versetto Deus in adiutorium prima di iniziare i salmi.
4. Finiti i tre salmi, si reciti una sola lezione, il versetto, il Kyrie eleison e le preci finali.
5. A Terza, a sesta e a Nona si celebri l'Ufficio secondo lo stesso ordine e cioè il versetto iniziale, gli inni delle rispettive Ore, tre salmi, la lezione, il versetto, il Kyrie eleison e le preci finali.
6. Se la comunità fosse numerosa, si salmeggi con le antifone, altrimenti si recitino i salmi tutti di seguito.
7. L'Ufficio del Vespro comprenda quattro salmi con le antifone,
8. dopo i quali si reciti la lezione, quindi il responsorio, l'inno, il versetto, il canticum del Vangelo, il Kyrie e il Pater, a cui segue il congedo.
9. Compieta, infine, consista in tre salmi di seguito, senza antifona,
10. ai quali segua l'inno della medesima ora, una sola lezione, il versetto, il Kyrie eleison e la benedizione con cui si conclude.

XVIII - L'ordine dei salmi nelle ore del giorno

1. Prima di tutto si dica il versetto: "O Dio, vieni in mio soccorso; Signore, affrettati ad aiutarmi", il Gloria e poi l'inno di ciascuna Ora.
2. A Prima della domenica si dicano quattro strofe del salmo 118;
3. alle altre Ore, cioè a Terza, Sesta e Nona, si dicano tre strofe per volta dello stesso salmo.

- dicantur.
4. Ad primam autem secundae feriae, dicantur tres psalmi, id est primus, secundus et sextus;
 5. et ita per singulos dies ad primam usque dominica dicantur per ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum, ita sane ut nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos.
 6. Et sic fit ut ad vigiliis dominica semper a vicesimo incipiatur.
 7. Ad tertiam vero, sextam nonamque secundae feriae, novem capitula quae residua sunt de centesimo octavo decimo, ipsa terna per easdem horas dicantur.
 8. Expenso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est dominico et secunda feria,
 9. tertia feria iam ad tertiam, sextam vel nonam psallantur terni psalmi a centesimo nono decimo usque centesimo vicesimo septimo, id est psalmi novem.
 10. Quique psalmi semper usque dominica per easdem horas itidem repetantur, hymnorum nihilominus, lectionum vel versuum dispositionem uniformem cunctis diebus servatam.
 11. Et ita scilicet semper dominica a centesimo octavo decimo incipietur.
 12. Vespera autem cotidie quattuor psalmodiarum modulatione canatur.
 13. Qui psalmi incipiuntur a centesimo nono usque centesimo quadragésimo septimo,
 14. exceptis his qui in diversis horis ex eis sequestrantur, id est a centesimo septimo decimo usque centesimo vicesimo septimo et centesimo tricesimo tertio et centesimo quadragésimo secundo;
 15. reliqui omnes in vespera dicendi sunt.
 16. Et quia minus veniunt tres psalmi, ideo dividendi sunt qui ex numero superscripto fortiores inveniuntur, id est centesimum tricesimum octavum et centesimum quadragésimum tertium et centesimum quadragésimum quartum;
 17. centesimus vero sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur.
 18. Digesto ergo ordine psalmodiarum vespertinarum, reliqua, id est lectionem, responsum, hymnum, versum vel canticum, sicut supra taxavimus impleatur.
 19. Ad completorios vero cotidie idem psalmi repetantur, id est quartum, nonagesimum et centesimum tricesimum tertium.
 20. Disposito ordine psalmodiae diurnae, reliqui omnes psalmi qui supersunt aequaliter dividantur in septem noctium vigiliis,
 21. partiendo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi et duodecim per unamquamque constituens noctem.
 22. Hoc praecipue commonentes ut, si cui forte haec
4. A Prima del lunedì si recitino tre salmi e cioè il salmo 1, il 2 e il 6;
 5. e così nei giorni successivi fino alla domenica si dicano di seguito tre salmi fino al 19, in modo però che il 9 e il 17 si dividano in due.
 6. Così le vigilie domenicali cominceranno sempre con il salmo 20.
 7. A Terza, Sesta e Nona del lunedì si dicano le ultime nove strofe del salmo 118, tre per ciascuna Ora.
 8. Esaurito questo salmo in due giorni, cioè alla domenica e al lunedì,
 9. a Terza, Sesta e Nona del martedì si recitino rispettivamente tre salmi dal 119 al 127, cioè in tutto nove salmi.
 10. Questi vengano sempre ripetuti allo stesso modo nelle medesime Ore fino alla domenica, lasciando però invariati gli inni, le lezioni e i versetti per tutte le Ore della settimana,
 11. in modo che alla domenica si cominci sempre dal salmo 118.
 12. Il Vespro poi si celebri ogni giorno con il canto di quattro salmi,
 13. dal 109 fino al 147;
 14. eccettuando quelli che sono riservati alle altre Ore, cioè i salmi 117-127, 133 e 142,
 15. tutti gli altri si dicano a Vespro.
 16. E poiché vengono a mancare tre salmi, si dividano i più lunghi del gruppo indicato, ossia il 138, il 143 e il 144.
 17. Il 116, invece, che è il più breve, venga unito al 115.
 18. Stabilito così l'ordine della salmodia vespertina, tutto il resto, cioè la lezione, il responsorio, l'inno, il versetto e il cantico, si dica come abbiamo disposto sopra.
 19. A Compieta, infine, si ripetano tutti i giorni gli stessi salmi e cioè il 4, il 90 e il 133.
 20. Una volta fissato l'ordine della salmodia di tutti i salmi rimanenti vengano distribuiti in parti uguali nei sette Uffici notturni,
 21. dividendo quelli più lunghi e assegnandone dodici per notte.
 22. Ci teniamo però ad avvertire che, se qualcuno non trovasse conveniente tale distribuzione dei salmi, li disponga pure come meglio crede,
 23. purché badi bene di fare in modo che in tutta la settimana si reciti l'intero salterio di centocinquanta salmi e con l'Ufficio vigiliare della domenica si ricominci sempre da capo.
 24. Infatti i monaci, che in una settimana salmeggiano

distributio psalmodiarum displicuerit, ordinet si melius aliter iudicaverit,

23. dum omnimodis id attendat ut omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmodiarum psallantur, et dominico die semper a caput reprehendatur ad vigiliis.
24. Quia nimis inertem devotionis suae servitium ostendunt monachi qui minus a psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanae circulum psallunt,
25. dum quando legamus sanctos patres nostros uno die hoc strenue implese, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus.

XIX - De disciplina psallendi

1. Ubique credimus divinam esse praesentiam et *oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos,*
2. maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus cum ad opus divinum assistimus.
3. Ideo semper memores simus quod ait propheta: *Servite Domino in timore,*
4. et iterum: *Psallite sapienter,*
5. et: *In conspectu angelorum psallam tibi.*
6. Ergo consideremus qualiter oporteat in conspectu divinitatis et angelorum eius esse,
7. et sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostrae.

XX - De reverentia orationis

1. Si, cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate et reverentia,
2. quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et puritatis devotione supplicandum est.
3. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus.
4. Et ideo brevis debet esse et pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur.
5. In conventu tamen omnino brevietur oratio, et facto signo a priore omnes pariter surgant.

XXI - De decanis monasterii

1. Si maior fuerit congregatio, eligantur de ipsis fratres boni testimonii et sanctae conversationis, et constituentur decani,
2. qui sollicitudinem gerant super decanias suas in omnibus secundum mandata Dei et praecepta abbatis sui.
3. Qui decani tales eligantur in quibus securus abbas partiat onera sua,

meno dell'intero salterio con i cantici consueti, danno prova di grande indolenza e fiacchezza nel servizio a cui sono consacrati,

25. dato che dei nostri padri si legge che in un sol giorno adempivano con slancio e fervore quanto è augurabile che noi tiepidi riusciamo a eseguire in una settimana.

XIX - La partecipazione interiore all'Ufficio divino

1. Sappiamo per fede che Dio è presente dappertutto e che "gli occhi del Signore guardano in ogni luogo i buoni e i cattivi",
2. ma dobbiamo crederlo con assoluta certezza e senza la minima esitazione, quando prendiamo parte all'Ufficio divino.
3. Perciò ricordiamoci sempre di quello che dice il profeta: "Servite il Signore nel timore"
4. e ancora: "Lodatelo degnamente"
5. e ancora: "Ti canterò alla presenza degli angeli".
6. Consideriamo dunque come bisogna comportarsi alla presenza di Dio e dei suoi Angeli
7. e partecipiamo alla salmodia in modo tale che l'intima disposizione dell'animo si armonizzi con la nostra voce.

XX - La riverenza nella preghiera

1. Se quando dobbiamo chiedere un favore a qualche personaggio, osiamo farlo solo con soggezione e rispetto,
2. quanto più dobbiamo rivolgere la nostra supplica a Dio, Signore di tutte le cose, con profonda umiltà e sincera devozione.
3. Bisogna inoltre sapere che non saremo esauditi per le nostre parole, ma per la purezza del cuore e la compunzione che strappa le lacrime.
4. Perciò la preghiera dev'essere breve e pura, a meno che non venga prolungata dall'ardore e dall'ispirazione della grazia divina.
5. Ma quella che si fa in comune sia brevissima e quando il superiore dà il segno, si alzino tutti insieme.

XXI - I decani del monastero

8. Se, infatti, rimanessero fuori del coro, ci potrebbe essere qualcuno che ritorna a dormire o si siede fuori o si mette a chiacchierare, dando così occasione al demonio;
9. è bene invece che entrino, in modo da non perdere

10. Diurnis autem horis, qui ad opus Dei post versum et gloriam primi psalmi qui post versum dicitur non occurrerit, lege qua supra diximus in ultimo stent,
11. nec praesumant sociari choro psallentium usque ad satisfactionem, nisi forte abbas licentiam dederit remissione sua,
12. ita tamen ut satisfaciat reus ex hoc.
13. Ad mensam autem qui ante versu non occurrerit, ut simul omnes dicant versu et orent et sub uno omnes accedant ad mensam,
14. qui per negligentiam suam aut vitio non occurrerit, usque secunda vice pro hoc corripatur;
15. si denuo non emendaverit, non permittatur ad mensae communis participationem,
16. sed sequestratus a consortio omnium reficiat solus, sublata ei portione sua vinum, usque ad satisfactionem et emendationem.
17. Similiter autem patiatur qui et ad illum versum non fuerit praesens qui post cibum dicitur.
18. Et ne quis praesumat ante statutam horam vel postea quicquam cibi aut potus praesumere;
19. sed et cui offertur aliquid a priore et accipere renuit, hora qua desideraverit hoc quod prius recusavit aut aliud, omnino nihil percipiat usque ad emendationem congruam.

tutto l'Ufficio e correggersi per l'avvenire.

10. Nelle Ore del giorno, invece, il monaco che arriva all'Ufficio divino dopo il versetto o il Gloria del primo salmo, che segue lo stesso versetto, si metta all'ultimo posto, secondo la norma precedente,
11. e non si permetta di unirsi al coro dei fratelli che salmeggiano, fino a che non avrà riparato, a meno che l'abate gliene dia il permesso con il suo perdono;
12. ma anche in questo caso il ritardatario dovrà riparare la sua mancanza.
13. Per quanto riguarda il refettorio, chi non arriva prima del versetto in modo che tutti uniti dicano il versetto stesso, preghino e poi siedano insieme a mensa,
14. se la mancanza è dovuta a negligenza o cattiva volontà, sia rimproverato fino a due volte.
15. Ma se ancora non si corregge, sia escluso dalla mensa comune
16. e mangi da solo, separato dalla comunità e senza la sua razione di vino, fino a che non abbia riparato e si sia corretto.
17. Lo stesso castigo sia inflitto al monaco che non si trovi presente al versetto che si recita dopo il pranzo.
18. Nessuno poi si permetta di mangiare o di bere qualcosa prima dell'ora stabilita.
19. Ma il monaco che non avesse accettato ciò che gli era stato offerto dal superiore, quando desidererà quello che ha rifiutato in precedenza o altro, non ottenga assolutamente nulla fino a che non dimostri di essersi debitamente corretto.

XLIV - De his qui excommunicantur, quomodo satisfaciant

1. Qui pro gravibus culpis ab oratorio et a mensa excommunicantur, hora qua opus Dei in oratorio percelebratur, ante fores oratorii prostratus iaceat nihil dicens,
2. nisi tantum posito in terra capite, stratus pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus;
3. et hoc tamdiu faciat usque dum abbas iudicaverit satisfactum esse.
4. Qui dum iussus ab abbate venerit, volvat se ipsius abbatis deinde omnium vestigiis ut orent pro ipso,
5. et tunc, si iusserit abbas, recipiatur in choro vel in ordine quo abbas decreverit;
6. ita sane ut psalmum aut lectionem vel aliud quid non praesumat in oratorio imponere nisi iterum abbas iubeat;
7. et omnibus horis, dum percompletur opus Dei, proiciat se in terra in loco quo stat,
8. et sic satisfaciat usque dum ei iubeat iterum abbas ut quiescat iam ab hac satisfactione.
9. Qui vero pro levibus culpis excommunicantur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant usque ad

XLIV - La riparazione degli scomunicati

1. Il monaco che per colpe gravi è stato escluso dal coro e della mensa comune, al termine dell'Ufficio divino si prostri in silenzio davanti alla porta del coro,
2. rimanendo lì disteso con la faccia a terra dinanzi a tutti quelli che escono
3. e continui a fare in questo modo fino a quando l'abate non giudichi che ha sufficientemente riparato.
4. Quando poi sarà chiamato dall'abate, si getti ai piedi di lui e di tutti i fratelli per chiedere le loro preghiere.
5. Allora, se l'abate vorrà, potrà essere riammesso in coro al suo posto o a quello designato dallo stesso abate,
6. senza permettersi, però, di recitare un salmo, una lezione o altro, a meno che l'abate glielo ordini.
7. Inoltre al termine di tutte le Ore dell'Ufficio divino, si prostri a terra lì dove si trova
8. e faccia così la sua riparazione, finché l'abate non metterà fine a questa penitenza.

iussionem abbatis;

10. hoc perficiant usque dum benedicat et dicat:
Sufficit!

XLV - De his qui falluntur in oratorio

1. Si quis dum pronuntiat psalmum, responsorium, antiphonam vel lectionem fallitus fuerit, nisi satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictae subiaceat,
2. quippe qui noluit humilitate corrigere quod neglegentia deliquit.
3. Infantes autem pro tali culpa vapulent.

XLVI - De his qui in aliis quibuslibet rebus delinquant

1. Si quis dum in labore quovis, in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocumque loco, aliquid deliquerit,
2. aut fregerit quippiam aut perdidit, vel aliud quid excesserit ubiubi,
3. et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum,
4. dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi.
5. Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati aut spiritalibus senioribus patefaciat,
6. qui sciat curare et sua et aliena vulnera, non detegere et publicare.

XLVII - De significanda hora Operis Dei

1. Nuntianda hora Operis Dei dies noctesque sit cura abbatis: aut ipse nuntiare aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur.
2. Psalmos autem vel antiphonas post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit imponant.
3. Cantare autem et legere non praesumat nisi qui potest ipsud officium implere ut aedificentur audientes;
4. quod cum humilitate et gravitate et tremore fiat, et cui iusserit abbas.

XLVIII - De opera manuum cotidiana

1. Otiositas inimica est animae, et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina.
2. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempore ordinari:
3. id est ut a Pascha usque kalendas Octobres a mane

9. Quelli, invece, che per colpe più leggere sono stati esclusi solo dalla mensa, facciano penitenza in coro per il tempo stabilito dall'abate

10. e la ripetano fin tanto che questi li benedica e dica:
Basta!

XLV - La riparazione per gli errori commessi in coro

1. Se un monaco commette un errore mentre recita un salmo, un responsorio, un'antifona o una lezione e non si umilia davanti a tutti con una penitenza, sia sottoposto a una punizione più severa,
2. perché non ha voluto correggersi umilmente dell'errore commesso per negligenza.
3. Nel caso dei ragazzi, invece, per una colpa di questo genere si ricorra al castigo corporale.

XLVI - La riparazione per le altre mancanze

1. Se, mentre è impegnato in un qualsiasi lavoro in cucina, in dispensa, nel proprio servizio, nel forno, nell'orto, in qualche attività o si trova in un altro luogo qualunque, un monaco commette uno sbaglio,
2. rompe o perde un oggetto o incorre comunque in una mancanza
3. e non si presenta subito all'abate e alla comunità per riparare spontaneamente e confessare la propria colpa,
4. sarà sottoposto a una punizione più severa, quando il fatto verrà reso noto da altri.
5. Ma se il movente segreto del peccato fosse nascosto nell'intimo della coscienza, lo manifesti solo all'abate o a qualche monaco anziano,
6. che sappia curare le miserie proprie e altrui senza svelarle e renderle di pubblico dominio.

XLVII - Il segnale per l'Ufficio divino

1. Bisogna che l'abate si assuma personalmente il compito di dare il segnale per l'Ufficio divino, oppure lo affidi a un monaco diligente in modo che tutto avvenga regolarmente nelle ore fissate.
2. L'intonazione dei salmi e delle antifone, secondo l'ordine prestabilito, spetta, dopo l'abate, ai monaci appositamente designati.
3. E nessuno si permetta di cantare o di leggere all'infuori di chi è capace di farlo in maniera da edificare i suoi ascoltatori;
4. inoltre questo compito dev'essere svolto con umiltà, gravità e reverenza e solo dietro incarico dell'abate.

XLVIII - Il lavoro quotidiano

1. L'ozio è nemico dell'anima, perciò i monaci devono dedicarsi al lavoro in determinate ore e in altre, pure prestabilite, allo studio della parola di Dio.
2. Quindi pensiamo di regolare gli orari di queste due attività fondamentali nel modo seguente:
3. da Pasqua fino al 14 settembre, al mattino verso le 5

- exeuntes a prima usque hora paene quarta laborent quod necessarium fuerit;
4. ab hora autem quarta usque hora qua sextam agent lectioni vacent;
 5. post sextam autem surgentes a mensa pausent in lecta sua cum omni silentio, aut forte qui voluerit legere sibi sic legat ut alium non inquietet;
 6. et agatur nona temperius mediante octava hora, et iterum quod faciendum est operentur usque ad vesperam.
 7. Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit ut ad fruges recolligendas per se occupentur, non contristentur,
 8. quia tunc vere monachi sunt si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et apostoli.
 9. Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.
 10. A kalendas autem Octobres usque caput quadragesimae, usque in hora secunda plena lectioni vacent;
 11. hora secunda agatur tertia, et usque nona omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur;
 12. facto autem primo signo nonae horae, deiungant ab opera sua singuli et sint parati dum secundum signum pulsaverit.
 13. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.
 14. In quadragesimae vero diebus, a mane usque tertia plena vacent lectionibus suis, et usque decima hora plena operentur quod eis iniungitur.
 15. In quibus diebus quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant;
 16. qui codices in caput quadragesimae dandi sunt.
 17. Ante omnia sane deputentur unus aut duo seniores qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni,
 18. et videant ne forte inveniatur frater acediosus qui vacat otio aut fabulis et non est intentus lectioni, et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios distollit:
 19. hic talis si -- quod absit -- repertus fuerit, corripiatur semel et secundo;
 20. si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat taliter ut ceteri timeant.
 21. Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.
 22. Dominico item die lectioni vacent omnes, excepto his qui variis officiis deputati sunt.
 23. Si quis vero ita negligens et desidiosus fuerit ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet.
 24. Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars quando escono da Prima, lavorino secondo le varie necessità fino alle 9;
 4. dalle 9 fino all'ora di Sesta si dedichino allo studio della parola di Dio.
 5. Dopo l'Ufficio di Sesta e il pranzo, quando si alzano da tavola, riposino nei rispettivi letti in assoluto silenzio e, se eventualmente qualcuno volesse leggere per proprio conto, lo faccia in modo da non disturbare gli altri.
 6. Si celebri Nona con un po' di anticipo, verso le 14, e poi tutti riprendano il lavoro assegnato dall'obbedienza fino all'ora di Vespro.
 7. Ma se le esigenze locali o la povertà richiedono che essi si occupino personalmente della raccolta dei prodotti agricoli, non se ne lamentino,
 8. perché i monaci sono veramente tali, quando vivono del lavoro delle proprie mani come i nostri padri e gli Apostoli.
 9. Tutto però si svolga con discrezione, in considerazione dei più deboli.
 10. Dal 14 settembre, poi, fino al principio della Quaresima, si applichino allo studio fino alle 9,
 11. quando celebreranno l'ora di Terza, dopo la quale tutti saranno impegnati nei rispettivi lavori fino a Nona, e cioè alle 14.
 12. Al primo segnale di Nona, ciascuno interrompa il proprio lavoro per essere pronto al suono del secondo segnale.
 13. Dopo il pranzo si dedichino alla lettura personale o allo studio dei salmi.
 14. Durante la Quaresima leggano dall'alba fino alle 9 inoltrate e poi lavorino in conformità agli ordini ricevuti fino verso le 4 pomeridiane.
 15. In quei giorni di Quaresima ciascuno riceva un libro dalla biblioteca e lo legga ordinatamente da cima a fondo.
 16. I suddetti libri devono essere distribuiti all'inizio della Quaresima.
 17. E per prima cosa bisognerà incaricare uno o due monaci anziani di fare il giro del monastero nelle ore in cui i fratelli sono occupati nello studio,
 18. per vedere se per caso ci sia qualche monaco indolente, che, invece di dedicarsi allo studio, perda, tempo oziando e chiacchierando e quindi, oltre a essere improduttivo per sé, distragga anche gli altri.
 19. Se si trovasse - non sia mai! - un fratello che si comporta in questo modo, sia rimproverato una prima e una seconda volta,
 20. ma se non si corregge, gli si infligga una punizione prevista dalla Regola, in modo da incutere anche negli altri un salutare timore.
 21. Non è neppure permesso che un monaco si trovi con un altro fuori del tempo stabilito.
 22. Anche alla domenica si dedichino tutti allo studio della parola di Dio, a eccezione di quelli destinati ai vari servizi.

iniungatur ut nec otiosi sint nec violentia laboris opprimantur aut effugentur.

25. Quorum imbecillitas ab abbate consideranda est.

XLIX - De Quadragesimae observatione

1. Licet omni tempore vita monachi quadragesimae debet observationem habere,
2. tamen, quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus quadragesimae omni puritate vitam suam custodire omnes pariter,
3. et neglegentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere.
4. Quod tunc digne fit si ab omnibus vitiis temperamus, orationi cum fletibus, lectioni et compunctioni cordis atque abstinentiae operam damus.
5. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid solito pensu servitutis nostrae, orationes peculiare, ciborum et potus abstinentiam,
6. ut unusquisque super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate cum *gaudio Sancti Spiritus* offerat Deo,
7. id est subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, et cum spiritualis desiderii gaudio sanctum Pascha exspectet.
8. Hoc ipsud tamen quod unusquisque offerit abbati suo suggerat, et cum eius fiat oratione et voluntate,
9. quia quod sine permissione patris spiritualis fit, praesumptioni deputabitur et vanae gloriae, non mercedi.
10. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt.

L - De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via sunt

1. Fratres qui omnino longe sunt in labore et non possunt occurrere hora competenti ad oratorium
2. --et abbas hoc perpendet, quia ita est--
3. agant ibidem Opus Dei, ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua.

23. Ma se ci fosse qualcuno tanto negligente e fannullone da non volere o poter studiare o leggere, gli si dia qualche lavoro da fare, perché non rimanga in ozio.

24. Infine ai monaci infermi o cagionevoli si assegni un lavoro o un'attività che non li lasci nell'inazione e nello stesso tempo non li sfinisca per l'eccessiva fatica, spingendoli ad andarsene,

25. poiché l'abate ha il dovere di tener conto della loro debolezza.

XLIX - La Quaresima dei monaci

1. Anche se è vero che la vita del monaco deve avere sempre un carattere quaresimale,
2. visto che questa virtù è soltanto di pochi, insistiamo particolarmente perché almeno durante la Quaresima ognuno vigili con gran fervore sulla purezza della propria vita,
3. profittando di quei santi giorni per cancellare tutte le negligenze degli altri periodi dell'anno.
4. E questo si realizza degnamente, astenendosi da ogni peccato e dedicandosi con impegno alla preghiera accompagnata da lacrime di pentimento, allo studio della parola di Dio, alla compunzione del cuore e al digiuno.
5. Perciò durante la Quaresima aggiungiamo un supplemento al dovere ordinario del nostro servizio, come, per es., preghiere particolari, astinenza nel mangiare o nel bere,
6. in modo che ognuno di noi possa di propria iniziativa offrire a Dio "con la gioia dello Spirito Santo" qualche cosa di più di quanto deve già per la sua professione monastica;
7. si privi cioè di un po' di cibo, di vino o di sonno, mortifichi la propria inclinazione alle chiacchiere e allo scherzo e attenda la santa Pasqua con l'animo fremente di gioioso desiderio.
8. Ma anche ciò che ciascuno vuole offrire personalmente a Dio dev'essere prima sottoposto umilmente all'abate e poi compiuto con la sua benedizione e approvazione,
9. perché tutto quello che si fa senza il permesso dell'abate sarà considerato come presunzione e vanità, anziché come merito.
10. Perciò si deve far tutto con l'autorizzazione dell'abate.

L - I monaci che lavorano lontano o sono in viaggio

1. I fratelli, che lavorano molto lontano e non possono essere presenti in coro nell'ora fissata per l'Ufficio divino,
2. se l'impossibilità in cui si trovano è stata effettivamente accettata dall'abate,
3. recitino pure l'Ufficio divino sul posto di lavoro, mettendosi in ginocchio per la reverenza dovuta a Dio.

4. Similiter, qui in itinere directi sunt, non eos praetereant horae constitutae, sed ut possunt agant sibi et servitutis pensum non neglegant reddere.

LI - De fratribus qui non longe satis profiscuntur

1. Frater qui pro quovis responso dirigitur et ea die speratur reverti ad monasterium, non praesumat foris manducare, etiam si omnino rogetur a quovis,
2. nisi forte ei ab abbate suo praecipiat.
3. Quod si aliter fecerit, excommunicetur.

LII - De oratorio monasterii

1. Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur.
2. Expleto Opere Dei, omnes cum summo silentio exeant, et habeatur reverentia Deo,
3. ut frater qui forte sibi peculiariter vult orare non impediatur alterius improbate.
4. Sed et si aliter vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret et oret, non in clamosa voce, sed in lacrimis et intentione cordis.
5. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur explicito Opere Dei remorari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

LIII - De hospitibus suscipiendis

1. Omnes supervenientes hospites tamquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: *Hospes fui et suscepistis me;*
2. et omnibus congruus honor exhibeatur, *maxime domesticis fidei et peregrinis.*
3. Ut ergo nuntiatus fuerit hospes, occurratur ei a priore vel a fratribus cum omni officio caritatis,
4. et primitus orent pariter, et sic sibi socientur in pace.
5. Quod pacis osculum non prius offeratur nisi oratione praemissa, propter illusiones diabolicas.
6. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus:
7. inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur qui et suscipitur.
8. Suscepti autem hospites ducantur ad orationem et postea sedeant cum eis prior aut cui iusserit ipse.
9. Legatur coram hospite lex divina ut aedificetur, et post haec omnis ei exhibeatur humanitas.

4. Così pure quelli, che sono mandati in viaggio, non lascino passare le ore stabilite per l'Ufficio, ma lo recitino come meglio possono e non trascurino l'adempimento del dovere inerente al loro sacro servizio.

LI - I monaci che si recano nelle vicinanze

1. Il monaco, che viene mandato fuori per qualche commissione e conta di tornare in monastero nella stessa giornata, non si permetta di mangiare fuori, anche se viene pregato con insistenza da qualsiasi persona,
2. a meno che l'abate non gliene abbia dato il permesso.
3. Se contravverrà a questa prescrizione, sarà scomunicato.

LII - La chiesa del monastero

1. La chiesa sia quello che dice il suo nome, quindi in essa non si faccia né si riponga altro.
2. Alla fine dell'Ufficio divino escano tutti in perfetto silenzio e con grande rispetto per Dio,
3. in modo che, se un monaco volesse rimanere a pregare, privatamente, non sia impedito dall'indiscrezione altrui.
4. Se, però, anche in un altro momento qualcuno desidera pregare per proprio conto, entri senz'altro e preghi, non a voce alta, ma con lacrime e intimo ardore.
5. Perciò, come abbiamo detto, chi non intende dedicarsi all'orazione si guardi bene dal trattarsi in chiesa dopo la celebrazione del divino Ufficio, per evitare che altri siano disturbati dalla sua presenza.

LIII - L'accoglienza degli ospiti

1. Tutti gli ospiti che giungono in monastero siano ricevuti come Cristo, poiché un giorno egli dirà: "Sono stato ospite e mi avete accolto"
2. e a tutti si renda il debito onore, ma in modo particolare ai nostri confratelli e ai pellegrini.
3. Quindi, appena viene annunciato l'arrivo di un ospite, il superiore e i monaci gli vadano incontro, manifestandogli in tutti i modi il loro amore;
4. per prima cosa preghino insieme e poi entrino in comunione con lui, scambiandosi la pace.
5. Questo bacio di pace non dev'essere offerto prima della preghiera per evitare le illusioni diaboliche.
6. Nel saluto medesimo si dimostri già una profonda umiltà verso gli ospiti in arrivo o in partenza,
7. adorando in loro, con il capo chino o il corpo prostrato a terra, lo stesso Cristo, che così viene accolto nella comunità.
8. Dopo questo primo ricevimento, gli ospiti siano condotti a pregare e poi il superiore o un monaco da lui designato si siedano insieme con loro.
9. Si legga all'ospite un passo della sacra Scrittura, per sua edificazione, e poi gli si usino tutte le attenzioni

10. Ieiunium a priore frangatur propter hospitem, nisi forte praecipuus sit dies ieiunii qui non possit violari;
11. fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequantur.
12. Aquam in manibus abbas hospitibus det;
13. pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lavet;
14. quibus lotis, hunc versum dicant: *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.*
15. Pauperum et peregrinorum maxime susceptioni cura sollicite exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur; nam divitum terror ipse sibi exigit honorem.
16. Coquina abbatis et hospitum super se sit, ut, incertis horis supervenientes hospites, qui numquam desunt monasterio, non inquietentur fratres.
17. In qua coquina ad annum ingredientur duo fratres qui ipsud officium bene impleant.
18. Quibus, ut indigent, solacia administrentur, ut absque murmuratione serviant, et iterum, quando occupationem minorem habent, exeant ubi eis imperatur in opera.
19. Et non solum ipsis, sed et in omnibus officiis monasterii ista sit consideratio,
20. ut quando indigent solacia accommodentur eis, et iterum quando vacant oboediant imperatis.
21. Item et cellam hospitum habeat assignatam frater cuius animam timor Dei possidet;
22. ubi sint lecti strati sufficienter. Et domus Dei a sapientibus et sapienter administretur.
23. Hospitibus autem cui non praecipitur ullatenus societetur neque colloquatur;
24. sed si obviaverit aut viderit, salutatis humiliter, ut diximus, et petita benedictione pertranseat, dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

che può ispirare un fraterno e rispettoso senso di umanità.

10. Se non è uno dei giorni in cui il digiuno non può essere violato, il superiore rompa pure il suo digiuno per far compagnia all'ospite,
11. mentre i fratelli continuino a digiunare come al solito.
12. L'abate versi personalmente l'acqua sulle mani degli ospiti per la consueta lavanda;
13. lui stesso, poi, e tutta la comunità lavino i piedi a ciascuno degli ospiti
14. e al termine di questo fraterno servizio dicano il versetto: "Abbiamo ricevuto la tua misericordia, o Dio, nel mezzo del tuo Tempio".
15. Specialmente i poveri e i pellegrini siano accolti con tutto il riguardo e la premura possibile, perché è proprio in loro che si riceve Cristo in modo tutto particolare e, d'altra parte, l'imponenza dei ricchi incute rispetto già di per sé.
16. La cucina dell'abate e degli ospiti sia a parte, per evitare che i monaci siano disturbati dall'arrivo improvviso degli ospiti, che non mancano mai in monastero.
17. Il servizio di questa cucina sia affidato annualmente a due fratelli, che sappiano svolgerlo come si deve.
18. A costoro si diano anche degli aiuti, se ce n'è bisogno, perché servano senza mormorare, ma, a loro volta, quando hanno meno da fare, vadano a lavorare dove li manda l'obbedienza.
19. E non solo in questo caso, ma nei confronti di tutti i fratelli impegnati in qualche particolare servizio del monastero, si segua un tale principio
20. e cioè che, se occorre, si concedano loro degli aiuti, mentre, una volta terminato il proprio lavoro, essi devono tenersi disponibili per qualsiasi ordine.
21. Così pure la foresteria, ossia il locale destinato agli ospiti, sia affidata a un monaco pieno di timor di Dio:
22. in essa ci siano dei letti forniti di tutto il necessario e la casa di Dio sia governata con saggezza da persone sagge.
23. Nessuno, poi, a meno che ne abbia ricevuto l'incarico, prenda contatto o si intrattenga con gli ospiti,
24. ma se qualcuno li incontra o li vede, dopo averli salutati umilmente come abbiamo detto e aver chiesta la benedizione, passi oltre, dichiarando di non avere il permesso di parlare con gli ospiti.

LIV - Si debeat monachus litteras vel aliquid suscipere

1. Nullatenus liceat monacho neque a parentibus suis neque a quoquam hominum nec sibi invicem litteras, eulogias vel quaelibet munuscula accipere aut dare sine praecepto abbatis.
2. Quod si etiam a parentibus suis ei quicquam

LIV - La distribuzione delle lettere e dei regali destinati ai singoli monaci

1. Senza il consenso dell'abate nessun monaco può ricevere dai suoi parenti o da qualunque altra persona lettere, oggetti di devozione o altri piccoli regali e neanche farne a sua volta o scambiarli con i confratelli.

- directum fuerit non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit abbati.
3. Quod si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari,
 4. et non contristetur frater cui forte directum fuerat, ut non detur occasio diabolo.
 5. Qui autem aliter praesumpserit, disciplinae regulari subiaceat.

LV - De vestiario vel calciario fratrum

1. Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant vel aerum temperiem dentur,
2. quia in frigidis regionibus amplius indiget, in calidis vero minus.
3. Haec ergo consideratio penes abbatem est.
4. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam et tunicam
5. --cucullam in hieme villosam, in aestate puram aut vetustam --
6. et scapulare propter opera, indumenta pedum pedules et caligas.
7. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inveniri possunt in provincia qua degunt aut quod vilis comparari possit.
8. Abbas autem de mensura provideat ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus ea, sed mensurata.
9. Accipientes nova, vetera semper reddant in praesenti reponenda in vestiario propter pauperes.
10. Sufficit enim monacho duas tunicas et duas cucullas habere propter noctes et propter lavare ipsas res;
11. iam quod supra fuerit superfluum est, amputari debet.
12. Et pedules et quodcumque est vetere reddant dum accipiunt novum.
13. Femoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiant, quae revertentes lota ibi restituant.
14. Et cucullae et tunicae sint aliquanto a solito quas habent modice meliores; quas exeuntes in via accipiant de vestiario et revertentes restituant.
15. Stramenta autem lectorum sufficiant matta, sagum et lena, et capitale.
16. Quae tamen lecta frequenter ab abbate scrutinanda sunt propter opus peculiare, ne inveniantur;
17. et si cui inventum fuerit quod ab abbate non accepit, gravissimae disciplinae subiaceat.
18. Et ut hoc vitium peculiaris radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia quae sunt necessaria,
19. id est cuculla, tunica, pedules, caligas, brachiale, cultellum, graphium, acum, mappula, tabulas, ut

2. E anche se i parenti gli mandassero qualche dono, non si permetta di accettarlo, senza averne prima informato l'abate.
3. Ma questi, anche nel caso che dia il suo consenso per ricevere il dono, può sempre assegnarlo a chi vuole
4. e il monaco a cui era destinato non deve farsi di questo un motivo di afflizione, per non dare occasione al diavolo.
5. Se poi qualcuno si provasse a comportarsi diversamente, sia sottoposto ai castighi dalla Regola.

LV - Gli abiti e le calzature dei monaci

1. Bisogna dare ai monaci degli abiti adatti alle condizioni e al clima della località in cui abitano,
2. perché nelle zone fredde si ha maggiore necessità di coprirsi e in quelle calde di meno:
3. il giudizio al riguardo è di competenza dell'abate.
4. Comunque riteniamo che nei climi temperati bastino per ciascun monaco una tonaca e una cocolla,
5. quest'ultima di lana pesante per l'inverno e leggera o lisa per l'estate;
6. inoltre lo scapolare per il lavoro e come calzature, scarpe e calze.
7. Quanto al colore e alla qualità di tutti questi indumenti, i monaci non devono attribuirvi eccessiva importanza, accontentandosi di quello che si può trovare sul posto ed è più a buon mercato.
8. L'abate però stia attento alla misura degli abiti, in modo che non siano troppo corti, ma della taglia di chi li indossa.
9. I monaci che ricevono gli indumenti nuovi, restituiscano i vecchi, che devono essere riposti nel guardaroba per poi distribuirli ai poveri.
10. Infatti a ogni monaco bastano due cocolle e due tonache per potersi cambiare la notte e per lavarle;
11. il di più è superfluo e dev'essere eliminato.
12. Anche le calze e qualsiasi altro oggetto usato dev'essere restituito, quando ne viene assegnato uno nuovo.
13. I monaci, che sono mandati in viaggio, ricevano dal guardaroba gli indumenti occorrenti, che restituiranno poi lavati al ritorno.
14. Anche le cocolle e le tonache per il viaggio siano un po' migliori di quelle portate usualmente; gli interessati le prendano in consegna dal guardaroba, quando partono, e le restituiscano al ritorno.
15. Per la fornitura dei letti poi bastino un pagliericcio, una coperta di grossa tela, un coltrone e un cuscino di paglia o di crine.
16. I letti, però, devono essere frequentemente ispezionati dall'abate, per vedere se non ci sia nascosta qualche piccola proprietà personale.
17. E se si scoprisse qualcuno in possesso di un oggetto che non ha ricevuto dall'abate, sia sottoposto a una

omnis auferatur necessitatis excusatio.

20. A quo tamen abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quia dabatur singulis prout cuique opus erat.
21. Ita ergo et abbas consideret infirmitates indigentium, non malum voluntatem invidentium;
22. in omnibus tamen iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

LVI - De mensa abbatis

1. Mensa abbatis cum hospitibus et peregrinis sit semper.
2. Quotiens tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus vocare in ipsius sit potestate.
3. Seniore tamen uno aut duo semper cum fratribus dimittendum propter disciplinam.

LVII - De artificibus monasterii

1. Artifices si sunt in monasterio cum omni humilitate faciant ipsas artes, si permiserit abbas.
2. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio,
3. hic talis erigatur ab ipsa arte et denuo per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat.
4. Si quid vero ex operibus artificum venundandum est, videant ipsi per quorum manus transigenda sint ne aliquam fraudem praesumant.
5. Memorentur semper Ananiae et Saphirae, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt,
6. hanc isti vel omnes qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint in anima patiantur.
7. In ipsis autem pretiis non surripiat avaritiae malum,
8. sed semper aliquantulum vilius detur quam ab aliis saecularibus dari potest,
9. *ut in omnibus glorificetur Deus.*

LVIII - De disciplina suscipiendorum fratrum

1. Noviter veniens quis ad conversationem, non ei facilis tribuatur ingressus,
2. sed sicut ait Apostolus: *Probate spiritus si ex Deo sunt.*
3. Ergo si veniens perseveraverit pulsans et illatas sibi iniurias et difficultatem ingressus post quattuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare et

gravissima punizione.

18. Ma, per strappare fin dalle radici questo vizio della proprietà, l'abate distribuisca tutto il necessario
19. e cioè: cocolla, tonaca, calze, scarpe, cintura, coltello, ago, fazzoletti e il necessario per scrivere, in modo da togliere ogni pretesto di bisogno.
20. In questo, però, deve sempre tener presente quanto è detto negli Atti degli Apostoli e cioè che "Si dava a ciascuno secondo le sue necessità".
21. Quindi prenda in considerazione le particolari esigenze dei più deboli, anziché la malevolenza degli invidiosi.
22. Comunque, in tutte le sue decisioni si ricordi del giudizio di Dio.

LVI - La mensa dell'abate

1. L'abate mangi sempre in compagnia degli ospiti e dei pellegrini.
2. Ma quando gli ospiti sono pochi, può chiamare alla sua mensa i monaci che vuole.
3. Sarà bene tuttavia lasciare uno o due monaci anziani con la comunità per il mantenimento della disciplina.

LVII - I monaci che praticano un'arte o un mestiere

1. Se in monastero ci sono dei fratelli esperti in un'arte o in un mestiere, li esercitino con la massima umiltà, purché l'abate lo permetta.
2. Ma se qualcuno di loro monta in superbia, perché gli sembra di portare qualche utile al monastero,
3. sia tolto dal suo lavoro e non gli sia più concesso di occuparsene, a meno che rientri in se stesso, umiliandosi, e l'abate non glielo permetta di nuovo.
4. Se poi si deve vendere qualche prodotto del lavoro di questi monaci, coloro, che sono stati incaricati di trattare l'affare, si guardino bene da qualsiasi disonestà.
5. Si ricordino sempre di Anania e Safira, per non correre il rischio che la morte, subita da quelli nel corpo,
6. colpisca le anime loro e di tutte le persone, che hanno comunque defraudato le sostanze del monastero.
7. Però nei prezzi dei suddetti prodotti non deve mai insinuarsi l'avarizia,
8. ma bisogna sempre venderli un po' più a buon mercato dei secolari
9. "affinché in ogni cosa sia glorificato Dio".

LVIII - Norme per l'accettazione dei fratelli

1. Quando si presenta un aspirante alla vita monastica, non bisogna accettarlo con troppa facilità,
2. ma, come dice l'Apostolo: "Provate gli spiriti per vedere se vengono da Dio".
3. Quindi, se insiste per entrare e per tre o quattro giorni dimostra di saper sopportare con pazienza i rifiuti poco lusinghieri e tutte le altre difficoltà

- persistere petitioni suae,
4. adnuatur ei ingressus et sit in cella hospitem paucis diebus.
 5. Postea autem sit in cella noviciorum ubi meditent et manducent et dormiant.
 6. Et senior eis talis deputetur qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eos omnino curiose intendat.
 7. Et sollicitudo sit si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad opus Dei, ad oboedientiam, ad opprobria.
 8. Praedicentur ei omnia dura et aspera per quae itur ad Deum.
 9. Si promiserit de stabilitate sua perseverantia, post duorum mensuum circulum legatur ei haec regula per ordinem
 10. et dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredi; si vero non potes, liber discede.
 11. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam noviciorum et iterum probetur in omni patientia.
 12. Et post sex mensuum circuitum legatur ei regula, ut sciat ad quod ingreditur.
 13. Et si adhuc stat, post quattuor menses iterum relegatur ei eadem regula.
 14. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire et cuncta sibi imperata servare, tunc suscipiatur in congregatione,
 15. sciens et lege regulae constitutum quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio,
 16. nec collum excutere de sub iugo regulae quem sub tam morosam deliberationem licuit aut excusare aut suscipere.
 17. Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversatione morum suorum et oboedientia,
 18. coram Deo et sanctis eius, ut si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat quem irridit.
 19. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum quorum reliquiae ibi sunt et abbatis praesentis.
 20. Quam petitionem manu sua scribat, aut certe, si non scit litteras, alter ab eo rogatus scribat et ille novicius signum faciat et manu sua eam super altare ponat.
 21. Quam dum imposuerit, incipiat ipse novicius mox hunc versum: *Suscipe me, Domine, secundum eloquium tuum et vivam, et ne confundas me ab expectatione mea.*
 22. Quem versum omnis congregatio tertio respondeat, adiungentes Gloria Patri.
 23. Tunc ille frater novicius prosternatur singulorum pedibus ut orent pro eo, et iam ex illa die in congregatione reputetur.
- opposte al suo ingresso, perseverando nella sua richiesta,
4. sia pure accolto e ospitato per qualche giorno nella foresteria.
 5. Ma poi si trasferisca nel locale destinato ai novizi, perché vi ricevano la loro formazione, vi mangino e vi dormano.
 6. Ad essi venga inoltre preposto un monaco anziano, capace di conquistare le anime, con l'incarico di osservarli molto attentamente.
 7. In primo luogo bisogna accertarsi se il novizio cerca veramente Dio, se ama l'Ufficio divino, l'obbedienza e persino le inevitabili contrarietà della vita comune.
 8. Gli si prospetti tutta la durezza e l'asperità del cammino che conduce a Dio.
 9. Se darà sicure prove di voler perseverare nella sua stabilità, dopo due mesi gli si legga per intero questa Regola
 10. e gli si dica: "Ecco la legge sotto la quale vuoi militare; se ti senti di poterla osservare, entra; altrimenti, va' pure via liberamente".
 11. Se persisterà ancora nel suo proposito, sia ricondotto nel suddetto locale dei novizi e si metta la sua pazienza alla prova in tutti i modi possibili.
 12. Passati sei mesi, gli si legga di nuovo la Regola, perché prenda coscienza dell'impegno che sta per assumersi.
 13. E se continua a perseverare, dopo altri quattro mesi, gli si legga ancora una volta la stessa Regola.
 14. Se allora, dopo aver seriamente riflettuto, prometterà di essere fedele in tutto e di obbedire a ogni comando, sia pure accolto nella comunità,
 15. ma sappia che anche l'autorità della Regola gli vieta da quel giorno di uscire dal monastero
 16. e di sottrarsi al giogo della disciplina monastica che, in una così prolungata deliberazione, ha avuto la possibilità di accettare o rifiutare liberamente.
 17. Al momento dell'ammissione faccia in coro, davanti a tutta la comunità, solenne promessa di stabilità, conversione continua e obbedienza,
 18. al cospetto di Dio e di tutti i suoi santi, in modo da essere pienamente consapevole che, se un giorno dovesse comportarsi diversamente, sarà condannato da Colui del quale si fa giuoco.
 19. Di tale promessa stenda un documento sotto forma di domanda, rivolta ai Santi, le cui reliquie sono conservate nella chiesa, e all'abate presente.
 20. Scriva di suo pugno il suddetto documento o, se non è capace, lo faccia scrivere da un altro, dietro sua esplicita richiesta, e lo firmi con un segno, deponendolo poi sull'altare con le proprie mani.
 21. Una volta depositato il documento sull'altare, il novizio intoni subito il versetto: "Accogliami, Signore, secondo la tua promessa e vivrò; e non deludermi nella mia speranza".

24. Res, si quas habet, aut eroget prius pauperibus aut facta sollemniter donatione conferat monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus,
25. quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum scit.
26. Mox ergo in oratorio exuatur rebus propriis quibus vestitus est et induatur rebus monasterii.
27. Illa autem vestimenta quibus exutus est reponantur in vestiario conservanda,
28. ut si aliquando suadenti diabolo consenserit ut egrediat de monasterio -- quod absit -- tunc exutus rebus monasterii proiciatur.
29. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reservetur.

22. Tutta la comunità ripeta per tre volte lo stesso versetto, aggiungendovi alla fine il Gloria.
23. Poi il novizio si prostri ai piedi di ciascuno dei fratelli per chiedergli di pregare per lui e da quel giorno sia considerato come un membro della comunità.
24. Se possiede dei beni materiali, li distribuisca in precedenza ai poveri o li doni al monastero con un atto ufficiale senza riservare per sé la minima proprietà,
25. ben sapendo che da quel giorno in poi non sarà più padrone neanche del proprio corpo.
26. Quindi, subito dopo, sia spogliato in coro delle vesti che indossa e rivestito dell'abito monastico.
27. Ma gli indumenti di cui si è spogliato devono essere conservati nel guardaroba,
28. in modo che, se in seguito dovesse - Dio non voglia! - cedere alla suggestione diabolica e lasciare il monastero, sia mandato via senza l'abito monastico.
29. Non gli si restituisca invece la domanda che l'abate ha ritirato dall'altare, ma sia conservata in monastero.

LIX - De filiis nobilium aut pauperum qui offeruntur

1. Si quis forte de nobilibus offerit filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minor aetate est, parentes eius faciant petitionem quam supra diximus
2. et cum oblatione ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris, et sic eum offerant.
3. De rebus autem suis, aut in praesenti petitione promittant sub iureiurando quia numquam per se, numquam per suffectam personam nec quolibet modo ei aliquando aliquid dant aut tribuunt occasionem habendi;
4. vel certe si hoc facere noluerint et aliquid offerre volunt in eleemosynam monasterio pro mercede sua,
5. faciant ex rebus quas dare volunt monasterio donationem, reservato sibi, si ita voluerint, usufructu.
6. Atque ita omnia obstruantur ut nulla suspicio remaneat puero per quam deceptus perire possit -- quod absit -- quod experimento didicimus.
7. Similiter autem et pauperiores faciant.
8. Qui vero ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant et cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

LIX - I piccoli oblato

1. Se qualche persona facoltosa volesse offrire il proprio figlio a Dio nel monastero e il ragazzo è ancora piccino, i genitori stendano la domanda di cui abbiamo parlato nel capitolo precedente
2. e l'avvolgano nella tovaglia dell'altare insieme con l'oblazione della Messa e la mano del bimbo, offrendolo in questo modo.
3. Per quanto riguarda poi i loro beni, o nella domanda suddetta promettano di non dargli mai nulla, né direttamente né per interposta persona, né in qualsiasi altro modo, e neanche di dargli mai l'occasione di procurarsi qualche sostanza,
4. oppure, se non intendono regolarsi secondo questa prassi e desiderano offrire qualche cosa al monastero per la salute dell'anima loro,
5. facciano donazione dei beni che vogliono regalare al monastero, riservandosene, se credono, l'usufrutto.
6. Così si precludano tutte le vie, in modo da non lasciare al ragazzo alcun miraggio da cui possa esser tratto in inganno e - Dio non voglia! - in perdizione, come ci ha insegnato l'esperienza.
7. La stessa procedura seguano anche i meno abbienti.
8. Quanto a coloro che non possiedono proprio nulla, facciano semplicemente la domanda e offrano il loro figlioletto con l'oblazione della Messa, alla presenza di testimoni.

LX - De sacerdotibus qui forte voluerint in monasterio habitare

1. Si quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi rogaverit, non quidem citius ei assentiatur.
2. Tamen, si omnino persteterit in hac supplicatione,

LX - I sacerdoti aspiranti alla vita monastica

1. Se qualche sacerdote chiede di essere ammesso nel monastero, non bisogna affrettarsi troppo ad accogliere la sua richiesta.
2. Ma se continua a insistere in questa preghiera,

- sciat se omnem regulae disciplinam servaturum,
3. nec aliquid ei relaxabitur, ut sit sicut scriptum est: *Amice, ad quod venisti?*
 4. Concedatur ei tamen post abbatem stare et benedicere aut missas tenere, si tamen iusserit ei abbas;
 5. sin alias, ullatenus aliqua praesumat, sciens se disciplinae regulari subditum, et magis humilitatis exempla omnibus det.
 6. Et si forte ordinationis aut alicuius rei causa fuerit in monasterio,
 7. illum locum attendat quando ingressus est in monasterio, non illum qui ei pro reverentia sacerdotii concessus est.
 8. Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocentur;
 9. et ipsi tamen si promittunt de observatione regulae vel propria stabilitate.

sappia che dovrà osservare tutta la disciplina della Regola,

3. senza la minima attenuazione, in modo che gli si possa dire con la Scrittura: "Amico, che sei venuto a fare?".
4. Gli si conceda tuttavia di prender posto dopo l'abate, di dare la benedizione e di recitare le preci finali, purché l'abate disponga così;
5. altrimenti non pretenda assolutamente nulla, anzi sia per tutti un esempio di umiltà, ben sapendo di essere soggetto alla disciplina della Regola.
6. E se per caso nella comunità si dovesse trattare dell'assegnazione delle cariche o di qualche altro affare,
7. occupi il posto che gli spetta corrispondentemente al suo ingresso in monastero e non quello che gli è stato concesso in considerazione della sua dignità sacerdotale.
8. Se poi qualche chierico, spinto dallo stesso desiderio, volesse essere aggregato alla comunità, sia assegnato a un posto di un certo riguardo,
9. ma sempre a condizione che prometta anche lui l'osservanza della Regola e la propria stabilità.

LXI - De monachis peregrinis, qualiter suscipiantur

1. Si quis monachus peregrinus de longinquis provinciis supervenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio
2. et contentus est consuetudinem loci quam invenerit, et non forte superfluitate sua perturbat monasterium,
3. sed simpliciter contentus est quod invenerit, suscipiatur quanto tempore cupit.
4. Si qua sane rationabiliter et cum humilitate caritatis reprehendit aut ostendit, tractet abbas prudenter ne forte pro hoc ipsud eum Dominus direxerit.
5. Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renuatur talis voluntas, et maxime quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dinosci.
6. Quod si superfluous aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non debet sociari corpori monasterii,
7. verum etiam dicatur ei honeste ut discedat, ne eius miseria etiam alii vitientur.
8. Quod si non fuerit talis qui mereatur proici, non solum si petierit suscipiatur congregationi sociandus,
9. verum etiam suadeatur ut stet, ut eius exemplo alii erudiantur,
10. et quia in omni loco uni Domino servitur, uni regi militatur.
11. Quem si etiam talem esse perspexerit abbas, liceat eum in superiori aliquantum constituere loco.
12. Non solum autem monachum, sed etiam de suprascriptis gradibus sacerdotum vel clericorum stabilire potest abbas in maiori quam ingrediuntur

LXI - L'accoglienza dei monaci forestieri

1. Se un monaco forestiero, giunto di lontano, vuole abitare nel monastero in qualità di ospite
2. e si dimostra soddisfatto delle consuetudini locali,
3. accontentandosi con semplicità di quello che trova, senza disturbare la comunità con le sue pretese, sia accolto per tutto il tempo che desidera.
4. Nel caso poi che egli rilevi qualche inconveniente o dia qualche suggerimento, l'abate si chieda se il Signore non lo abbia mandato proprio per questo.
5. E se in seguito vorrà fissare la sua stabilità nel monastero, non si opponga un rifiuto a questa sua richiesta, tanto più che durante la sua permanenza si è avuto modo di studiarne il comportamento.
6. Se però, quando era ospite si è dimostrato pieno di pretese e di difetti, non solo non dev'essere aggregato alla comunità,
7. ma bisogna dirgli garbatamente di andarsene per evitare che le sue miserie contagino anche gli altri.
8. Invece, se non merita di essere allontanato, non sia accolto e incorporato nella comunità solo nel caso che ne faccia domanda,
9. ma sia addirittura invitato a rimanere, perché gli altri possano trarre profitto dal suo esempio
10. e perché dappertutto si serve il medesimo Signore e si milita sotto lo stesso Re.
11. Anzi, se l'abate lo ritiene degno, può anche assegnargli un posto un po' elevato.
12. E non solamente un monaco, ma anche coloro che appartengono all'ordine sacerdotale o al chiericato, l'abate può destinare a un posto superiore a quello corrispondente al loro ingresso in monastero, se ha

loco, si eorum talem perspexerit esse vitam.

13. Caveat autem abbas ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu abbatis eius aut litteras commendaticias,
14. quia scriptum est: *Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris.*

LXII - De sacerdotibus monasterii

1. Si quis abbas sibi presbyterum vel diaconem ordinari petierit, de suis eligat qui dignus sit sacerdotio fungi.
2. Ordinatus autem caveat elationem aut superbiam,
3. nec quicumque praesumat nisi quod ei ab abbate praecipitur, sciens se multo magis disciplinae regulari subdendum.
4. Nec occasione sacerdotii obliviscatur regulae oboedientiam et disciplinam, sed magis ac magis in Deum proficiat.
5. Locum vero illum semper attendat quod ingressus est in monasterio,
6. praeter officium altaris, et si forte electio congregationis et voluntas abbatis pro vitae merito eum promovere voluerint.
7. Qui tamen regulam decanis vel praepositis constitutam sibi servare sciatur.
8. Quod si aliter praesumpserit, non sacerdos sed rebellio iudicetur.
9. Et saepe admonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonio.
10. Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis, proiciatur de monasterio,
11. si tamen talis fuerit eius contumacia ut subditi aut oboedire regulae nolit.

LXIII - De ordine congregationis

1. Ordines suos in monasterio ita conservent ut conversationis tempus ut vitae meritum discernit utque abbas constituerit.
2. Qui abbas non conturbet gregem sibi commissum nec, quasi libera utens potestate, iniuste disponat aliquid,
3. sed cogitet semper quia de omnibus iudiciis et operibus suis redditurus est Deo rationem.
4. Ergo secundum ordines quos constituerit vel quos habuerint ipsi fratres sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum;

notato che la condotta lo merita.

13. Si guardi però sempre dall'ammettere stabilmente nella sua comunità un monaco proveniente da un monastero conosciuto, senza il consenso e le lettere commendaticie del suo abate,
14. perché sta scritto: "Non fare agli altri quello che non vuoi che sia fatto a te".

LXII - I sacerdoti del monastero

1. Se un abate desidera che uno dei suoi monaci sia ordinato sacerdote o diacono per il servizio della comunità scelga in essa un fratello degno di esercitare tali funzioni.
2. Ma il monaco ordinato si guardi dalla vanità e dalla superbia
3. e non creda di poter fare altro che quello che gli ordina l'abate, tenendo sempre presente che d'ora in poi dovrà essere maggiormente sottomesso alla disciplina.
4. Né col pretesto del sacerdozio trascuri l'obbedienza alla Regola o la disciplina, ma anzi progredisca sempre più nelle vie di Dio.
5. Conservi sempre il posto che gli spetta in corrispondenza del suo ingresso in monastero,
6. tranne che per il ministero dell'altare, oppure nel caso che la scelta della comunità o la volontà dell'abate l'abbiano promosso in considerazione della sua vita esemplare.
7. Sappia però che deve osservare la disciplina prestabilita per i decani e i superiori.
8. Se avrà la presunzione di agire diversamente, non sia più trattato come un sacerdote, ma come un ribelle.
9. E nell'eventualità che, dopo essere stato ammonito non si correggesse, si chiami a testimonio anche il vescovo.
10. Ma se neanche allora si emendasse e le sue colpe diventassero sempre più evidenti, sia espulso dal monastero,
11. purché però sia stato così ostinato da non volersi sottomettere e obbedire alla Regola.

LXIII - L'ordine della comunità

1. Nella comunità ognuno conservi il posto che gli spetta secondo la data del suo ingresso o l'esemplarità della sua condotta o la volontà dell'abate.
2. Bisogna però che quest'ultimo non metta lo scompiglio nel gregge che gli è stato affidato, prendendo delle disposizioni ingiuste come se esercitasse un potere assoluto,
3. ma pensi sempre che dovrà rendere conto a Dio di tutte le sue decisioni e azioni.
4. Dunque i monaci si succedano nel bacio di pace e nella comunione, nell'intonare i salmi e nei posti in coro, secondo l'ordine stabilito dall'abate o a essi

5. et in omnibus omnino locis aetas non discernat ordines nec praeiudicet,
6. quia Samuel et Daniel pueri presbyteros iudicaverunt.
7. Ergo excepto hos quos, ut diximus, altiori consilio abbas praetulerit vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes ut convertuntur ita sint,
8. ut verbi gratia qui secunda hora diei venerit in monasterio iuniorum se noverit illius esse qui prima hora venit diei, cuiuslibet aetatis aut dignitatis sit,
9. pueris per omnia ab omnibus disciplina conservata.
10. Iuniores igitur priores suos honorent, priores minores suos diligant.
11. In ipsa appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine,
12. sed priores iuniores suos fratrum nomine, iuniores autem priores suos nonnos vocent, quod intellegitur paterna reverentia.
13. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur, non sua assumptione sed honore et amore Christi;
14. ipse autem cogitet et sic se exhibeat ut dignus sit tali honore.
15. Ubi cumque autem sibi obviant fratres, iunior priorem benedictionem petat.
16. Transeunte maiore minor surgat et det ei locum sedendi, nec praesumat iunior consedere nisi ei praecipiat senior suus,
17. ut fiat quod scriptum est: *Honore invicem praevenientes.*
18. Pueri parvi vel adulescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos consequantur.
19. Foris autem vel ubi ubi, et custodiam habeant et disciplinam, usque dum ad intellegibilem aetatem perveniant.

LXIV - De ordinando abbate

1. In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio ut hic constituatur quem sive omnis concurs congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis saniore consilio elegerit.
2. Vitae autem merito et sapientiae doctrina eligatur qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis.
3. Quod si etiam omnis congregatio vitis suis -- quod quidem absit -- consentientem personam pari consilio elegerit,

spettante.

5. E in nessuna occasione l'età costituisca un criterio distintivo o pregiudizievole per stabilire i posti,
6. perché Samuele e Daniele, quando erano ancora fanciulli, giudicarono gli anziani.
7. Quindi, a eccezione di quelli che, come abbiamo già detto, l'abate avrà promosso per ragioni superiori o degradato per motivi fondati, tutti gli altri occupino sempre i posti determinati dalla data del rispettivo ingresso,
8. in modo che il monaco, arrivato - per esempio - in monastero alle 9, sappia di essere più giovane di quello arrivato alle 8, quale che sia la sua età e dignità.
9. Per quanto riguarda i ragazzi, invece, si osservi in tutto e per tutto la relativa disciplina.
10. I più giovani, dunque, trattino con riguardo i più anziani, che a loro volta li ricambino con amore.
11. Anche quando si chiamano tra loro, nessuno si permetta di rivolgersi all'altro con il solo nome,
12. ma gli anziani diano ai giovani l'appellativo di "fratello" e i giovani usino per gli anziani quello di "reverendo padre", come espressione del loro rispetto filiale.
13. L'abate poi sia chiamato "signore" e "abate", non perché si sia arrogato da sé un tale titolo, ma in onore e per amore di Cristo del quale sappiamo per fede che egli fa le veci.
14. Da parte sua, però, rifletta sull'onore che gli viene tributato e se ne dimostri degno.
15. Dovunque i fratelli si incontrano, il più giovane chieda la benedizione al più anziano;
16. quando passa un monaco anziano, il più giovane si alzi e gli ceda il posto, guardandosi bene dal rimettersi a sedere prima che l'anziano glielo permetta,
17. in modo che si realizzi quanto è scritto: "Prevenitevi a vicenda nel rendervi onore".
18. I ragazzi più piccoli e i giovanetti occupino in coro e in refettorio i posti loro spettanti secondo la Regola:
19. ma fuori di lì siano sorvegliati e tenuti dappertutto sotto la disciplina, finché non avranno raggiunto un'età più matura.

LXIV - L'elezione dell'abate

1. Nell'elezione dell'abate bisogna seguire il principio di scegliere il monaco che tutta la comunità ha designato concordemente nel timore di Dio, oppure quello prescelto con un criterio più saggio da una parte sia pur piccola di essa.
2. Il futuro abate dev'essere scelto in base alla vita esemplare e alla scienza soprannaturale, anche se fosse l'ultimo della comunità.
3. Se invece, - non sia mai! - la comunità eleggesse, sia pure di comune accordo, una persona consenziente ai suoi abusi,

4. et vitia ipsa aliquatenus in notitia episcopi ad cuius dioecesim pertinet locus ipse vel ad abbates aut christianos vicinos claruerint,
5. prohibeant pravorum praevalere consensum, sed domui Dei dignum constituent dispensatorem,
6. scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste et zelo Dei faciant, sicut e diverso peccatum si neglegant.
7. Ordinatus autem abbas cogitet semper quale onus suscepit et cui redditurus est rationem vilicationis suae,
8. sciatque sibi oportere prodesse magis quam praesesse.
9. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat et sit unde proferat nova et vetera, castum, sobrium, misericordem,
10. et semper *superexaltet misericordiam iudicio*, ut idem ipse consequatur.
11. Oderit vitia, diligat fratres.
12. In ipsa autem correptione prudenter agat et ne quid nimis, ne dum nimis eradere cupit aeruginem frangatur vas;
13. suamque fragilitatem semper suspectus sit, memineritque calamum quassatum non conterendum.
14. In quibus non dicimus ut permittat nutrir vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut viderit cuique expedire sicut iam diximus,
15. et studeat plus amari quam timeri.
16. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimis et obstinatus, non sit zelotypus et nimis suspiciosus, quia numquam requiescit;
17. in ipsis imperiis suis providus et consideratus, et sive secundum Deum sive secundum saeculum sit opera quam iniungit, discernat et temperet,
18. cogitans discretionem sancti Iacob dicentis: *Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die.*
19. Haec ergo aliaque testimonia discretionis matris virtutum sumens, sic omnia temperet ut sit et fortes quod cupiant et infirmi non refugiant.
20. Et praecipue ut praesentem regulam in omnibus conservet,
21. ut dum bene ministraverit audiat a Domino quod servus bonus qui erogavit triticum conservis suis in tempore suo:
22. *Amen dico vobis, ait, super omnia bona sua constituit eum.*

4. e il vescovo della diocesi o gli abati o i fedeli delle vicinanze ne venissero comunque a conoscenza
5. devono impedire in tutti i modi che il complotto di quegli sciagurati abbia il sopravvento e nominare un degno ministro della casa di Dio,
6. ben sapendo che ne riceveranno una grande ricompensa, mentre invece sarebbero colpevoli, se non se ne curassero.
7. Il nuovo eletto, poi, pensi sempre al carico che si è addossato e a chi dovrà rendere conto del suo governo
8. e sia consapevole che il suo dovere è di aiutare, piuttosto che di comandare.
9. Bisogna quindi che sia esperto nella legge di Dio per possedere la conoscenza e la materia da cui trarre "cose nuove e antiche", intemerato, sobrio, comprensivo
10. e faccia "trionfare la misericordia sulla giustizia", in modo da meritare un giorno lo stesso trattamento per sé.
11. Detesti i vizi, ma ami i suoi monaci.
12. Nelle stesse correzioni agisca con prudenza per evitare che, volendo raschiare troppo la ruggine, si rompa il vaso:
13. diffidi sempre della propria fragilità e si ricordi che "non bisogna spezzare la canna già incrinata".
14. Con questo non intendiamo che l'abate debba permettere ai difetti di allignare, ma che li sradichi - come abbiamo già detto - con prudenza e carità, nel modo che gli sembrerà più conveniente per ciascuno,
15. e cerchi di essere più amato che temuto.
16. Non sia turbolento e ansioso, né esagerato e ostinato, né invidioso e sospettoso, perché così non avrebbe mai pace;
17. negli stessi ordini sia previdente e riflessivo e, tanto se il suo comando riguarda il campo spirituale, quanto se si riferisce a un interesse temporale, proceda con discernimento e moderazione,
18. tenendo presente la discrezione del santo patriarca Giacobbe, che diceva: "Se affaticherò troppo i miei greggi, moriranno tutti in un giorno".
19. Seguendo questo e altri esempi di quella discrezione che è la madre di tutte le virtù, disponga ogni cosa in modo da stimolare le generose aspirazioni dei forti, senza scoraggiare i deboli.
20. E soprattutto osservi e faccia osservare integralmente la presente Regola
21. per potersi sentir dire dal Signore, al termine della sua onesta gestione, le parole udite dal servo fedele, che a tempo debito distribuì il frumento ai suoi compagni:
22. "In verità vi dico: - dichiara Gesù - gli diede potere su tutti i suoi beni".

1. Saepius quidem contingit ut per ordinationem praepositi scandala gravia in monasteriis oriantur,
 2. dum sint aliqui maligno spiritu superbiae inflati et aestimantes se secundos esse abbates, assumentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt et dissensiones in congregationes faciunt,
 3. et maxime in illis locis ubi ab eodem sacerdote vel ab eis abbatibus qui abbatem ordinant, ab ipsis etiam et praepositus ordinatur.
 4. Quod quam sit absurdum facile advertitur, quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi,
 5. dum ei suggeritur a cogitationibus suis exutum eum esse a potestate abbatis sui:
 6. quia ab ipsis es et tu ordinatus a quibus et abbas.
 7. Hinc suscitantur invidiae, rixae, detractioes, aemulationes, dissensiones, exordinationes,
 8. ut dum contraria sibi abbas praepositusque sentiunt, et ipsorum necesse est sub hanc dissensionem animas periclitari,
 9. et hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem.
 10. Cuius periculi malum illos respicit in capite qui talius inordinationis se fecerunt auctores.
 11. Ideo nos vidimus expedire propter pacis caritatisque custodiam in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui;
 12. et si potest fieri per decanos ordinetur, ut ante disposuimus, omnis utilitas monasterii, prout abbas disposuerit,
 13. ut, dum pluribus committitur, unus non superbiat.
 14. Quod si aut locus expetit aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate et abbas iudicaverit expedire,
 15. quemcumque elegerit abbas cum consilio fratrum timentium Deum ordinet ipse sibi praepositum.
 16. Qui tamen praepositus illa agat cum reverentia quae ab abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra abbatis voluntatem aut ordinationem faciens,
 17. quia quantum praelatus est ceteris, ita eum oportet sollicitius observare praecepta regulae.
 18. Qui praepositus si repertus fuerit vitiosus aut elatione deceptus superbiere, aut contemptor sanctae regulae fuerit comprobatus, admoneatur verbis usque quater;
 19. si non emendaverit, adhibeatur ei correptio disciplinae regularis.
 20. Quod si neque sic correxerit, tunc deiciatur de ordine praepositurae et alius qui dignus est in loco eius surrogetur.
 21. Quod si et postea in congregatione quietus et
1. Accade spesso che la nomina del priore dia origine a gravi scandali,
 2. perché alcuni, gonfiati da un maligno spirito di superbia e convinti di essere altrettanti abati, si attribuiscono indebitamente un potere assoluto, fomentando litigi, creando divisioni nelle comunità,
 3. specialmente in quei monasteri nei quali il priore viene nominato dallo stesso vescovo o dagli stessi abati a cui spetta l'elezione dell'abate.
 4. E' facile rendersi conto dell'assurdità di una simile procedura, con cui si dà motivo al priore di insuperbirsi fin dal primo momento della sua nomina,
 5. perché la considerazione di questo stato di cose può insinuare in lui l'idea di non essere più soggetto all'autorità dell'abate.
 6. "Tu pure - dirà a se stesso - sei stato nominato da quelli che hanno eletto l'abate".
 7. Di qui nascono invidie, liti, maldicenze, rivalità, divisioni e disordini di ogni genere,
 8. per cui, mentre l'abate e il priore sono in disaccordo, le loro anime vengono necessariamente a trovarsi in pericolo a motivo di questo contrasto
 9. e i loro sudditi, parteggiando per l'uno o per l'altro, vanno in perdizione.
 10. La responsabilità di questa perniciosa situazione ricade principalmente sugli autori di tanto disordine.
 11. Quindi, per la tutela della pace e della carità ci è sembrato necessario far dipendere l'ordinamento del monastero unicamente dalla volontà del suo abate.
 12. E, se è possibile, tutte le attività del monastero siano regolate - come abbiamo già stabilito in precedenza - per mezzo di decani, secondo quanto disporrà l'abate,
 13. in modo che, ripartendo l'autorità fra varie persone, non si dia motivo a uno solo di insuperbirsi.
 14. Ma se le condizioni locali lo esigono o la comunità lo chiede umilmente e con ragioni fondate e l'abate lo giudica opportuno,
 15. nomini egli stesso priore quel monaco che avrà scelto con il consiglio di fratelli timorati di Dio.
 16. Il priore, da parte sua, esegua con reverenza gli ordini del suo abate e non faccia nulla contro la volontà o le disposizioni di lui,
 17. perché quanto più è stato elevato al di sopra degli altri, tanto maggior impegno deve dimostrare nell'osservanza delle prescrizioni della Regola.
 18. Se poi questo priore si rivelerà pieno di difetti o, lusingato dalla vanità, monterà in superbia o darà prova manifesta di disprezzare la santa Regola, sia ammonito a voce per quattro volte,
 19. ma, nel caso che non si corregga, si prenda nei suoi confronti il provvedimento disciplinare previsto dalla Regola.
 20. Se neppure così si ravvederà, sia deposto dalla carica

oboediens non fuerit, etiam de monasterio pellatur.

22. Cogitet tamen abbas se de omnibus iudiciis suis Deo reddere rationem, ne forte invidiae aut zeli flamma urat animam.

LXVI - De ostiariis monasterii

1. Ad portam monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum et reddere, et cuius maturitas eum non sinat vagari.
2. Qui portarius cellam debet habere iuxta portam, ut venientes semper praesentem inveniant a quo responsum accipiant.
3. Et mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit, Deo gratias respondeat aut Benedic, et cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore caritatis.
5. Qui portarius si indiget solacio iuniorum fratrem accipiat.
6. Monasterium autem, si possit fieri, ita debet constitui ut omnia necessaria, id est aqua, molendinum, hortum, vel artes diversas intra monasterium exercentur,
7. ut non sit necessitas monachis vagandi foris, quia omnino non expedit animabus eorum.
8. Hanc autem regulam saepius volumus in congregatione legi, ne quis fratrum se de ignorantia excuset.

LXVII - De fratribus in viam directis

1. Dirigendi fratres in via omnium fratrum vel abbatis se orationi commendent,
2. et semper ad orationem ultimam Operis Dei commemoratio omnium absentium fiat.
3. Revertentes autem de via fratres ipso die quo redeunt per omnes canonicas horas, dum expletur Opus Dei, prostrati solo oratorii
4. ab omnibus petant orationem propter excessos, ne qui forte surripuerint in via visus aut auditus malae rei aut otiosi sermonis.
5. Nec praesumat quisquam referre alio quaecumque foris monasterium viderit aut audierit, quia plurima destructio est.
6. Quod si quis praesumpserit, vindictae regulari subiaceat.
7. Similiter et qui praesumpserit claustra monasterii egredi vel quocumque ire vel quippiam quamvis parvum sine iussione abbatis facere.

di priore e sostituito da un altro che ne sia degno.

21. E se in seguito non intenderà starsene quieto e sottomesso in comunità, sia addirittura espulso dal monastero.
22. Ma l'abate, da parte sua, si ricordi sempre che un giorno dovrà rendere conto a Dio di tutte le sue decisioni, per evitare che la fiamma dell'invidia e della gelosia gli divorì l'anima.

LXVI - I portinai del monastero

1. Alla porta del monastero sia destinato un monaco anziano e assennato, che sappia ricevere e riportare le commissioni e sia abbastanza maturo da non disperdersi, andando in giro a destra e a sinistra.
2. Questo portinaio deve avere la sua residenza presso la porta, in modo che le persone che arrivano trovino sempre un monaco pronto a rispondere.
3. Quindi, appena qualcuno bussa o un povero chiede la carità, risponda: "Deo gratias!" Oppure: "Benedicite!"
4. e con tutta la delicatezza che ispira il timor di Dio venga incontro alle richieste del nuovo arrivato, dimostrando una grande premura e un'ardente carità.
5. Lo stesso portinaio, se ha bisogno di aiuto, sia coadiuvato da un fratello più giovane.
6. Il monastero, poi, dev'essere possibilmente organizzato in modo che al suo interno si trovi tutto l'occorrente, ossia l'acqua, il mulino, l'orto e i vari laboratori,
7. per togliere ai monaci ogni necessità di girellare fuori, il che non giova affatto alle loro anime.
8. Infine vogliamo che questa Regola sia letta spesso in comunità, perché nessuno possa giustificarsi con il pretesto dell'ignoranza.

LXVII - I monaci mandati in viaggio

1. I monaci, che sono mandati in viaggio, si raccomandino alle preghiere di tutti i confratelli e dell'abate;
2. e nell'orazione conclusiva dell'Ufficio divino si ricordino sempre tutti gli assenti.
3. Quelli, poi, che rientrano, nel giorno stesso del loro ritorno si prostrino in coro al termine di tutte le Ore canoniche,
4. implorando dalla comunità una preghiera per riparare le mancanze eventualmente commesse durante il viaggio, guardando o ascoltando qualcosa di male o perdendosi in chiacchiere.
5. E nessuno si permetta di riferire ad altri quello che ha visto o udito fuori del monastero, perché questo sarebbe veramente rovinoso.
6. Se poi qualcuno si provasse a farlo, sia sottoposto al castigo previsto dalla Regola.
7. Allo stesso modo sia punito chi osasse oltrepassare i confini del monastero o andare in qualunque luogo o fare qualsiasi cosa, sia pur minima, senza il

consenso dell'abate.

LXVIII - Si fratri impossibilia iniungantur

1. Si cui fratri aliqua forte gravia aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubentis imperium cum omni mansuetudine et oboedientia.
2. Quod si omnino virium suarum mensuram viderit pondus oneris excedere, impossibilitatis suae causas ei qui sibi praeest patienter et opportune suggerat,
3. non superbiendo aut resistendo vel contradicendo.
4. Quod si post suggestionem suam in sua sententia prioris imperium perduraverit, sciat iunior ita sibi expedire,
5. et ex caritate, confidens de adiutorio Dei, oboediat.

LXVIII - Le obbedienze impossibili

1. Anche se a un monaco viene imposta un'obbedienza molto gravosa, o addirittura impossibile a eseguirsi, il comando del superiore dev'essere accolto da lui con assoluta sottomissione e soprannaturale obbedienza.
2. Ma se proprio si accorgesse che si tratta di un carico, il cui peso è decisamente superiore alle sue forze, esponga al superiore i motivi della sua impossibilità con molta calma e senso di opportunità,
3. senza assumere un atteggiamento arrogante, riluttante o contestatore.
4. Se poi, dopo questa schietta e umile dichiarazione, l'abate restasse fermo nella sua convinzione, insistendo nel comando, il monaco sia pur certo che per lui è bene così
5. e obbedisca per amore di Dio, confidando nel Suo aiuto.

LXIX - Ut in monasterio non praesumat alter alterum defendere

1. Praecavendum est ne quavis occasione praesumat alter alium defendere monachum in monasterio aut quasi tueri,
2. etiam si qualivis consanguinitatis propinquitate iungantur.
3. Nec quolibet modo id a monachis praesumatur, quia exinde gravissima occasio scandalorum oriri potest.
4. Quod si quis haec transgressus fuerit, acrius coerceatur.

LXIX - Divieto di arrogarsi le difese dei confratelli

1. Bisogna evitare in tutti i modi che per qualsiasi motivo un monaco si provi a difendere un altro o ad assumerne in certo modo la protezione,
2. anche se ci fosse tra loro un qualsiasi vincolo di parentela.
3. I monaci si guardino assolutamente da un simile abuso, che può costituire una pericolosissima occasione di disordini o di scandali.
4. Se qualcuno trasgredisse queste norme, sia punito con la massima severità.

LXX - Ut non praesumat passim aliquis caedere

1. Vitetur in monasterio omnis praesumptionis occasio;
2. atque constituimus ut nulli liceat quemquam fratrum suorum excommunicare aut caedere, nisi cui potestas ab abbate data fuerit.
3. *Peccantes autem coram omnibus arguantur ut ceteri metum habeant.*
4. Infantum vero usque quindecim annorum aetates disciplinae diligentia ab omnibus et custodia sit;
5. sed et hoc cum omni mensura et ratione.
6. Nam in fortiori aetate qui praesumit aliquatenus sine praecepto abbatis vel in ipsis infantibus sine discretionem exarserit, disciplinae regulari subiaceat,
7. quia scriptum est: *Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris.*

LXX - Divieto di arrogarsi la riprensione dei confratelli

1. Nel monastero si deve sopprimere decisamente ogni occasione di arbitri e di soprusi;
2. perciò dichiariamo che non è permesso ad alcuno di infliggere la scomunica o un castigo corporale a un confratello, senza l'autorizzazione dell'abate.
3. I colpevoli di tale trasgressione siano rimproverati alla presenza dell'intera comunità, affinché anche gli altri ne abbiano timore.
4. I ragazzi, però, rimangano fino a quindici anni sotto la disciplina e l'oculata vigilanza di tutti,
5. ma sempre con grande moderazione e buon senso.
6. Chi poi si arrogasse una qualsiasi autorità sugli adulti, senza il comando dell'abate, o si inquietasse irragionevolmente con i ragazzi, sia sottoposto alla punizione prevista dalla Regola,
7. perché sta scritto: "Non fare agli altri ciò che non vuoi sia fatto a te".

LXXI - Ut oboedientes sibi sint invicem

1. Oboedientiae bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem

LXXI - L'obbedienza fraterna

1. La virtù dell'obbedienza non dev'essere solo

- ita oboediant fratres,
2. scientes per hanc oboedientiae viam se ituros ad Deum.
 3. Praemisso ergo abbatis aut praepositorum qui ab eo constituuntur imperio, cui non permittimus privata imperia praeponi,
 4. de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine oboediant.
 5. Quod si quis contentiosus reperitur, corripatur.
 6. Si quis autem frater pro quavis minima causa ab abbate vel a quocumque priore suo corripitur quolibet modo,
 7. vel si leviter senserit animos prioris cuiuscumque contra se iratos vel commotos quamvis modice,
 8. mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio.
 9. Quod qui contempserit facere, aut corporali vindictae subiaceat aut, si contumax fuerit, de monasterio expellatur.

- esercitata da tutti nei confronti dell'abate, ma bisogna anche che i fratelli si obbediscano tra loro,
2. nella piena consapevolezza che è proprio per questa via dell'obbedienza che andranno a Dio.
 3. Dunque, dopo aver dato l'assoluta precedenza al comando dell'abate o dei superiori da lui designati, a cui non permettiamo che si preferiscano ordini privati,
 4. per il resto i più giovani obbediscano ai confratelli più anziani con la massima carità e premura.
 5. Se qualcuno dà prova di un carattere litigioso sia debitamente corretto.
 6. Se poi un monaco viene comunque rimproverato dall'abate o da qualsiasi anziano per un qualunque motivo
 7. o si accorge semplicemente che un anziano è sdegnato o anche leggermente alterato nei suoi riguardi,
 8. si inginocchi subito dinanzi a lui, senza la minima esitazione, e rimanga così per riparare, finché la benedizione dell'altro non sani quel lieve dissenso.
 9. Se qualcuno si rifiutasse altezzosamente di farlo, sia sottoposto a un castigo corporale e, se si ostina in questo atteggiamento di ribellione, sia scacciato dal monastero.

LXXII - De zelo bono quod debent monachi habere

1. Sicut est zelus amaritudinis malus qui separat a Deo et ducit ad infernum,
2. ita est zelus bonus qui separat a vitia et ducit ad Deum et ad vitam aeternam.
3. Hunc ergo zelum ferventissimo amore exercent monachi,
4. id est ut *honore se invicem praeveniant*,
5. infirmitates suas sive corporum sive morum patientissime tolerant,
6. oboedientiam sibi certatim impendant;
7. nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio;
8. caritatem fraternitatis caste impendant,
9. amore Deum timeant,
10. abbatem suum sincera et humili caritate diligant,
11. Christo omnino nihil praeponant,
12. qui nos pariter ad vitam aeternam perducant.

LXXII - Il buon zelo dei monaci

1. Come c'è un cattivo zelo, pieno di amarezza, che separa da Dio e porta all'inferno,
2. così ce n'è uno buono, che allontana dal peccato e conduce a Dio e alla vita eterna.
3. Ed è proprio in quest'ultimo che i monaci devono esercitarsi con la più ardente carità
4. e cioè: si prevengano l'un l'altro nel rendersi onore;
5. sopportino con grandissima pazienza le rispettive miserie fisiche e morali;
6. gareggino nell'obbedirsi scambievolmente;
7. nessuno cerchi il proprio vantaggio, ma piuttosto ciò che giudica utile per gli altri;
8. si portino a vicenda un amore fraterno e scevro da ogni egoismo;
9. temano filialmente Dio;
10. amino il loro abate con sincera e umile carità;
11. non antepongano assolutamente nulla a Cristo,
12. che ci conduca tutti insieme alla vita eterna.

LXXIII - De hoc quod non omnis iustitiae observatio in hac sit Regula constituta

1. Regulam autem hanc descripsimus, ut hanc observantes in monasteriis aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis nos demonstramus habere.
2. Ceterum ad perfectionem conversationis qui festinat, sunt doctrinae sanctorum patrum, quarum observatio perducit hominem ad celsitudinem perfectionis.

LXXIII - La modesta portata di questa regola

1. Abbiamo abbozzato questa Regola con l'intenzione che, mediante la sua osservanza nei nostri monasteri, riusciamo almeno a dar prova di possedere una certa rettitudine di costumi e di essere ai primordi della vita monastica.
2. Del resto, chi aspira alla pienezza di quella vita dispone degli insegnamenti dei santi Padri, il cui adempimento conduce all'apice della perfezione.

- | | |
|--|--|
| <p>3. Quae enim pagina aut qui sermo divinae auctoritatis veteris ac novi testamenti non est rectissima norma vitae humanae?</p> <p>4. Aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat ut recto cursu perveniamus ad creatorem nostrum?</p> <p>5. Necnon et Collationes Patrum et Instituta et Vitas eorum, sed et Regula sancti patris nostri Basili,</p> <p>6. quid aliud sunt nisi bene viventium et oboedientium monachorum instrumenta virtutum?</p> <p>7. Nobis autem desidiosis et male viventibus atque neglegentibus rubor confusionis est.</p> <p>8. Quisquis ergo ad patriam caelestem festinas, hanc minimam inchoationis regulam descriptam, adiuvante Christo, perface,</p> <p>9. et tunc demum ad maiora quae supra commemoravimus doctrinae virtutumque culmina, Deo protegente, pervenies.</p> <p style="text-align: center;">Amen.</p> | <p>3. C'è infatti una pagina, anzi una parola, dell'antico o del nuovo Testamento, che non costituisca una norma esattissima per la vita umana?</p> <p>4. O esiste un'opera dei padri della Chiesa che non mostri chiaramente la via più rapida e diretta per raggiungere l'unione con il nostro Creatore?</p> <p>5. E le Conferenze, le Istituzioni e le Vite dei Padri, come anche la Regola del nostro santo padre Basilio,</p> <p>6. che altro sono per i monaci fervorosi e obbedienti se non mezzi per praticare la virtù?</p> <p>7. Ma per noi, svogliati, inosservanti e negligenti, ciò è motivo di vergogna e di confusione.</p> <p>8. Chiunque tu sia, dunque, che con sollecitudine e ardore ti dirigi verso la patria celeste, metti in pratica con l'aiuto di Cristo questa modestissima Regola, abbozzata come una semplice introduzione,</p> <p>9. e con la grazia di Dio giungerai finalmente a quelle più alte cime di scienza e di virtù, di cui abbiamo parlato sopra.</p> <p style="text-align: center;">Amen.</p> |
|--|--|

Explicit textus Regulae

Fine della Regola
